MICHAELIS ETTMÜLLERI, PHILOSOPH. ET MEDICINÆ DOCTORIS, PROFESSORIS PUBLICI ET FACULTATIS MEDICÆ LIPSIENSIS ADSESSORIS,

COLLEGIUM

SISTENS

DOCTRINAM PRÆSCRIBENDARUM FORMULARUM.

PRÆLOQUIUM.

PHarmacia cùm eò devenerit, ut non ampliùs, ſicuti olim à primis Græcorum Medicis factum, aut rarò ab hodiernis, exerceatur, ſed à Medicorum famulis fugitivis ad noſtros Pharmacopœos tranſierit, adeoque à Medicina jam ſeparata ſit; neceſſe eſt, ut Medicus Praxin aggreſſurus artificioſas medicamentorum compoſitiones cognitas habeat, &, quomodo remedia in Officinis artificioſè miſcenda & præparanda ſint, exactè ſciat; adeoque Pharmacopœo eadem concinne præſcribat, & ægris ordinet: Qui modus aliàs *Methodus præſcribendi Formulas*, & ſic ipſa Compoſitio medicamenti ægris ex tempore ordinanda, & ſchedulæ conſignata, *Formula* vocari ſolet. Plurimi quidem exercitium hoc tanquam levidenſe ac nullius momenti æſtimant: Sed citò ſatſe deceptos experiuntur, ac anteà putarunt; cùm vix formulam præſcribere audeant, quin Pharmacopœi, & miniſtrorum naſutulorum, ne dicam abjectiſſimorum ſæpè tyronum, riſui ac cenſuris, ſe exponant. Unde vel metu majori, & quidem ægris ipſis magis excruciati, quid agendum ſit? ſemper fluctuant; adeoque formulas ad cenſuras has evitandas, non ſolùm ex Practicorum libris & Diſputationibus, imò Pharmacopoliis, hinc inde corradunt; ſed & propter ignoratam compoſitorum, nec non ipſorum ſimplicium, notitiam & præparationem, plurima ingredientia ſibi invicem contraria cumulant, et quadrata rotundis miſcent. Ut igitur Praxis aliquando futura ſit facilior, Vobis hac in parte deeſſe nolo, et totum artificium certis regulis ita includam, ut, his probè obſervatis, negotium hoc ſatis arduum ita allevietur, et Formulæ elegantiſſimæ citra omnem difficultatem inveniri poſſint.

CAPUT I.
DE
PRÆSCRIPTIONE FORMULARUM IN GENERE.

AUxilia seu remedia Pharmaceutica vel simplicia vel composita esse pharmacopœorum tyronibus jam notissimum. Utraque rarius hodie cruda, potius plus minus, diversimode tamen præparata adhibentur. Exemplo sit Theriaces Compositorum Antesignani, fermentatio ante sui dispensationem necessaria æque ac proficua illius enim ope mirabilis ista ac discors simplicium farrago attritu quasi mutuo & subactione accurata in concretum concors, texturæ salino oleosæ volatilis, effectus anodyno sudoriferi nonnihil analeptici abit, & ingredientium quorundam particulæ quasi activæ resinosæ præcipue resolutæ hincque diffusibiliores, indeque penetrantiores redditæ partim exaltantur, partim corriguntur ob id decem annos juxta Arabes fermentare debuit & etiamnum hodie longe diutius juxta persas quorum quidam duodecim, alii triginta annos ipsi pro fermentatione assignarunt: vid. *Pharmac. Persic.* FRANCISCI ANGELI à S. JOSEPH *pag.26.* Sulphur naturæ balsamum quibusdam dictum, crudum tardissimæ & difficillimæ in nobis alterationis ac appropriationis est, quod tamen à sale tartari reclusum, & oleo destillato solutum, pro paranda exinde vel tinctura summe activa, vel extracto longe magis medicamentoso quia magis resolubile & undique per corpus mediante quovis fluido diffusibile reddi solet. Attenuativa & incisiva *Gummi Ammoniaci* polychresta substantia potius in *essentia* cum spiritu vini tartarisato adhibetur quam concretum ejus integrum licet aceto destillato solutum; siquidem sociata in hoc resinæ illi acri attenuativæ mucilago temperata & inspissans motum illius alterativum non potest non remorari nisi veterum, & hos inter DIOSCORIDIS *l.3. cap.98.* ex præcepto ad ℥j cum acero solutum propinare velimus. Extractum gentianæ succosum præ pulvere illius crudo febrientibus sane accommodatius existit. Eo scilicet quævis præparatio primario respicere debet ut remedii respectu vel, vis plus minus recondita, ceu perla ex stercore, eliciatur vel virulentia castretur aut potius quasi invertendo corrigatur, ægri vero intuitu ut commodius assumi quam crudum, & ita melius ipsi applicari possit.

Remediis vero nobilioribus & efficacioribus, aut etiam quibusdam officinalibus, tam medici intentioni quam ægri saluti sufficientibus artificiosa inprimis præparatione exaltatis qui instructus est, formularum exercitio aut præscriptione facile carere potest. Pauca enim sunt, ut loquitur HELMONT, quæ Medicum nobilitant. Quid opus est mistura ex spiritu vini camphorato, essentia theriacali, spiritu cornu cervi, nitri &c. nova diaphoresin ægri procurare ubi mistura simplex aut proles ejus genuina tinctura Bezoardica rite tamen quod rarum est parata, satisfaciunt? Quid compositionibus novis theriacalibus quas ordinario theriaca ipsa simul ingredi amat fatigare ministros? ubi theriaca sola rite administrata, aut electuarium diascordii Fracastorii sufficiunt: Pulveris cardui benedicti usu crebriori plebeji febricitantes se curant, citra tot pulverum aut compositionum febrifugarum abusum: Balsamus Copaivæ, quatenus usu interno gonorrhœæ tam appropriate resistere valet eo ipso tot aquarum & essentiarum castitatis, syruporum, decoctorum, pulverum & emulsionum compositiones superfluas reddit; sicuti externe quodvis vulnus cito tuto & jucunde curando, non secus ac oleum momordicæ infusum, aut oleum seminis hyperici expressum, & cum eo concinnatus balsamus sulphuris nos tot balsamis vulnerariis, oleis balsamicis, emplastris & mixturis interdum monstrosis supersedere posse ostendit. Talia itaque selecta vel simplicia vel composita, v. g. Essentia viperarum, tinctura bezoardica pulvis bezoardicus Sennerti, &c. simpliciter, citra alias insigniores cautelas vel ita à Medico præscribuntur vel facile dispensantur, & signatura vel generali, vel in gratiam ægri interdum speciali, subscribuntur. Nimium autem Practici quidam circa signaturas luxuriant, ita ut nil quicquam, nisi sub pomposo titulo præscribant dum non solum pulveres ex C. C. sine igne, coralliis præparatis, antimonio diaphoretico, bezoardicis mineralibus, cinnabari antimonii, cum & sine lapide bezoar, auri & argenti foliis, &c. sed & compositos selectiores officinales, e. g. pulverem bezoardicum Sennerti, epilepticum marchionis, specificum cephalicum, &c. inscribunt: Hertz verwahrend Pulver/ Köstlich Hertz-Haupt-Pulver/ Güldisches Hertz-Pulver Güldisches Stärck-Pulver/ &c. Et sane, quia mundus hodie vult decipi, sæpe solis his ac pomposis signaturis plus honoris ac lucri reportant, quam peritissimus, has & similes imposturas abhorrens. Proinde tempori quandoque inserviendum est; caute tamen, ne vulgi auram captando existimationem apud peritiores perdamus. Rectius igitur meo judicio agunt, qui media incedunt via, & formulas subscriptionibus, quæ ingredientibus respondent, ornant: e. g. in forma liquida:

℞. R. *Bezoard.* ℥j.
S.
Schweiß-Tinckur 30. biß 60. Tropffen/ auf einmahl.

℞. *Ess. Viperar.* ℥j.
D. S.
Blutreinigende Essentz/ 30. Tropffen auf einmahl.

℞. *Ess. castor.* ℥ij.
D. S.
Mutter-Essentz 30. biß 40. Tropffen/

Vel in forma sicca:

℞. *pulv. Bez. D. Mich.* ℈j.
S.
Schweiß-Pulver auf einmahl.

℞. *specif. cephal.* ℈j.
D. S.
Haupt-Stärckend Pulver.

Vel

℞. *Empt. dia* ♃ *Rul.* q. v.
S.
Reinigendes Pflaster.

Si

Si verò syndrome circumstantiarum plurium, ac præ cæteris symptomatum urgentium in nostris morbis utplurimũ complicatis, & ex intemperantia otiosa ferè anomalis, vel defectus nobiliorum remediorum, vel conditio ægri subindè perquam delicata, ut varia parentur grato sapore, odore, &c. aut specialis ejus idiosyncrasia aliud quid postulent, adeoque consuetis istis officinalibus Medicus ægro consulere nequeat, remedia in certas formulas ordinata præscribuntur, quæ compositiones *Magistrales* alias, ad modò dictarum, differentiam, dicuntur.

In his ergò præscribendis ante omnia consideretur & *Usu* & *Ornatus*: Ille ratione ægri, ut ejusdem succurramus defectibus, & medicamenta præscripta affectui ægri specifice conveniant: *Hic* ratione Medici, ut concinne præscribat, & Pharmacopœorum operam sublevet, ne se risui illorum satis natutulorum exponat, suamque ipse ignorantiam prodat.

Quoad ornatum: in omni Formula duo consideranda sunt: vel

1. *Materiale*, seu ipsa Ingrediẽtia, ex-penu-trium regnorum deprompta, simplicia vel composita, eorumque debitus imprimis selectus; ex quibus componitur præscribenda Formula.
2. *Formale*, seu Ingredientium sub præscriptione situs seu ordo, respectiva proportio, præscribendi ratio, & denique in certam texturam à medico intentam coalescentia.

Quoad *Ingredientia*: hæc non corpora elementaria aut omnium prima, sed jam plus minus sub tali respectu composita, adeoque formis suis specificis & dependentibus inde qualitatibus & proprietatibus respectivis instructa sunt; unde in iisdem consideranda:

1. *Quantitas*.
2. *Qualitas*.

Circa *quantitatem* materiæ dimensiones & hic suo modo attendendæ: *longitudo*, secundùm illorum multitudinem; *latitudo* secundum dosin; *profunditas* seu consistentia, h. e. ex mistis illis coalescens moles, & ejusdem calor, sapor, odor, &c. Circa *qualitatem* verò consideranda in specie (apparens licet tantum nobis) similitudo & contrarietas, tam respectu sui ipsius in genere, quam respectu ad corpus ægrum in specie. Atque his materiæ habitus est expositus. *Forma* verò, *externa* scilicet, ratio consistit in materiæ istius concinna ad se invicem adaptatione, ut ægro melius & jucundius applicari, sive interne sive externè, queat; in quo *Finis* consistit. Hujus in respectu in materia ista, ratione longitudinis *Ordo debitus*; ratione latitudinis *Proportio concinna*; & ratione profunditatis *debitus Modus* præscribendi miscendique considerandus. Ex quibus tandem *Essentiale Formulæ*, quasi mechanicum concretum, coalescit. Ordinem ingredientium situandorum quod concernit, libertate hic gaudet Medicus, & pro lubitu ferè eandem instituere valet. Concinnior tamen ferè emergit formula, si quæ copiosius ingrediuntur, cæteris anteponantur, ut & sibi invicem eâ serie subordinentur; qua à Pharmacopœis dispensari aut misceri debent, ut in decoctis, misturis, &c. non verò sibi invicem sint confusa, ut ponantur modò radices, modò flores confusè, &c. Quo ordine solent dispensari, ita debent præscribi, uti loquitur etiam MORELLUS *Meth. Præscr. Form. S. 1. c. 1.* ita ut e.g. in Potionibus primò locò ponantur ▽æ, quas sequuntur ∽ & ℞æ, & has tandem pulveres cum syrupo.

Baseos locus simpliciter in arbitrio est præscribentis: non secus ac constituentia nunc præponuntur, ut in misturis; nunc postponuntur, ut in morsulis: Uno nomine; formularum crebrior inspectio & præscriptarum præparationis observatio, omnia hæc facillima reddunt.

Proportio verò requirit ut ingredientia, quæ conspirant in uno affectu & scopo, certâ proportione & eleganti rationè sibi respondeant, quà dosis, tam generalis eorundem quam specialis, aptè limitatur. *Dosis generalis* ista est, qua aquæ, sirupi, acetum, succus, pulveres, flores, folia, fructus, &c. pro hac ista formula ordinariè & aptè præscribuntur, quam videbitis definitam in WEDELIO *de Compos. Medicamentorum Extemp. S. 1. cap. 12. &c. Specialis* est quam remedii cujusvis usus & effectus particularis circumscribit: nam alia dosis est Cornu Cervi sine igne, alia salis volatilis Cornu Cervi, alia mercurii dulcis, alia turbith minetalis, alia rhabarbari, alia lapillorum cancrorum, &c. In utraque proportio debita observanda. In speciali est proportio inter basin, ejusque adjuvans ac corrigens, ne nimis exalteur potentia baseos, nec ab iisdem infringatur; sed omnia pro effectu intento obtinendo mutuò conspirent, & junctim dosin legitimam constituant: conf. *Idea Præscrib. Formul. cap. 1. §. 10. circa finem*: Ex hoc enim de judicio Medici præscribentis ferè judicari potest. Ob id *pulv. l. a. §. 9.* jalappæ: una dosis sufficit ob adjuvans egregium tartareum; quibus forsan debilioribus gr. j. scammonii sulphurati additum, integram dosin proportione debita completet. Quoad dosin generalem: ingredientium mutuus, ad se invicem quasi respectus sit, ita ut eadem proportione dupla, tripla, quadrupla, sextupla, duodecupla, &c. aut quocunque alio modo his plus minus analogo, sibi invicem aptè respondeant quo æqualis quasi ac elegans, non verò hiusca aut aspera fiat præscriptio. Non equidem de necessitate hæc sunt, cum ad ornatum tantùm faciant; tamen de majori Medici præscribentis attentione loquantur: Sic enim in *Mistura l. a. proposita* aquæ ℥j. respondet Tincturæ sive essentiæ ℥ß, spiritus ℈j. pulveris gr. jv, syrupi ℥j. ad ℥iß: dant hæc dosin integram specialem, triplicata mutuo pro repetito usu formulam istam subministrant: id quod ornatu omninò majori fit, quàm si ▽ ℥jv, essentiæ ℥iij, spiritus ℈iiß, pulveris gr. xv j. & syrupi ℥v. vel vij. invicem confunderentur.

Modus adhuc in Formulis præscribendis considerandus est, qui vel materiam, vel formam præscriptionis respicit: Materia quidem præscribitur vel simpliciter, vel modificatè, quod nempe materialibus, id est, ingredientibus simplicibus, certa adduntur epitheta: Ibi generaliter. *Herba malvæ, radix gentianæ, sal absinthii, mercurius dulcis, spiritus salis ammoniaci*; his verò specialiter: ℞. *Com. absinth. summit. artemis., Radix hellebori nigri præpar., rad. chinæ non cariosa, mercurius dulcis ad extra, ad intra, spiritus salis ammoniaci succinatus, sal volatile viperarum, &c.* Quando præscribendæ Amygdalæ dulces, præscribo:

℞. *Amygd. dulc, ambr.*

Sic myrrha præscribitur non nuda, sed electa. Quando præscribendæ pineæ, præscribo:

℞. *Pin. recent.*

Quando præscribendæ species compositæ:

℞. *Spec. rec. dispens.*

Quando præscribo ex mineralibus, v. g. ex Mercurio seu Antimonio, ita:

℞. *Antimon. ritè præpar.*
Mercur. vitæ ritè præp.

& sic porro. Quæ tamen præscriptionum inspectio sponte docet.

Forma denique, quam ratio præscribendi respicit,

est vel universalis, formalis ferè quibusvis communis; vel particularis, certis quibusdam propria: Illa in Antepositio ℞. *seu Recipe*, quod quare quidam adeo horreant, nisi forsan, quod in veterum scriptis non æque reperiatur, sane non video; & in fine, interdum in medio formularum: *M. F. l. a. D. S.* hoc est: *Misceatur, Detur, Signetur*; ferè consistit: quibus & illud *ana* sub æquali ingredientium dosi accensendum: Hæc in quælibet ferè formula aliquid peculiare obtinet, quando in pulveribus præcipitur: *Redigantur in Alcool*; in quibusdam liquoribus: *Filtrentur, colentur, stent in Mariæ balneo per 12. vel 24. horas*, h. e. *per diem noctem*, & quæ sunt aliæ similes præscribendi rationes, non nisi sub speciali formularum tractatione exactè dignoscendæ.

Hic est præscribendi modus; quod observetur partim ad securitatem, partim ad elegantiam, partim ad celeriorem operationem, celeriorem que effectum.

Post modum præscribendi considerandus quoque venit *Modus Mistionis*, & sub hac exsurgens moles, hujusque qualitates sensibus gratæ vel molestæ: Harum quædam ante mistionem jam partibus insunt, & compositione vel exaltantur vel infringuntur; vel non insunt, sed in composito demum ex hujus nova textura emergunt. Essentiæ resinosæ rubineæ in aqueis vehiculis vel lacteum turbidum minus gratum, vel lividum liquorem exhibent: quod non æquè contingit spiritu vini tartarisato vel Tinctura tartari si præparatæ fuerint, utut aliquali texturæ & virium alteratione acetum, succus citri, spiritus salis, qui gratiam de cætero multis medicamentis conciliant, absorbentibus marinis ac ostracodermis copulata, ex dulci salsissimum, quibusdam nauseosum reddunt saporem: Sulphura alcalisatis in via humida sociatis ingratissimum fœtorem contrahunt: Sin electuariis, spiritum vitrioli in conservis aut alumen crudum recipientibus, terrea absorbentia misceantur, super vasis ora motu fermentativo prorumpentia, vel risum vel tædium ægro conciliant. Tincturæ, syrupi, &c. pro acidorum vel alcalium commercio varias Tincturæ mutationes exhibent. Nauseose dulce & adstringens martis vitriolum, tartari terræ foliatæ junctum, vel viâ sicca secundum ZWELFERUM, vel viâ humida in liquore martis solari cum terræ hujus certo connubio concretum tertium novarum plane, tam externarum quam internarum, proprietatum subministrat. In qualitatibus adeoque talibus sensualibus, quantum citra ægri incommodum fieri potest, gratia aucupanda venit sub materiæ miscendæ selectu. Horret decumbentium ventriculus consuetorum alioquin alimentorum odorem & saporem, quidni insuetorum remediorum? & multò magis sensuum cæteris quoque organis horrorem incutientium. Arte marteque tandem, ubi ingesta fuerint, vel cardialgias, vel præcordiorum anxietates, vel post nauseas vomitus expectandi: Minus metuenda talia, ægri palato hinc & naribus accommodata melius si fuerint. Quod & de aliarum partium sensu quasi particulari non minus interpretandum, oculis scilicet, propterea quæ alis quibusdam partibus minus acria, administranda. Adhæc multum in recessu omnino habent imaginatio, pro cujus ductu, & hinc spirituum influorum modificato motu, gratius quod est palato remedium, propensionem majorem & quasi amicitiam erga illud in ægro excitabit, ut & assumatur lubentius, facilius retineatur & suavius operetur. Quoties enim imaginationis ex jussu res alienæ & insuetæ, quia singulari appetitu, atque adeo voluptate assumptæ, remedii appropriatissimi instar aut diuturnas febres, aut chronicos ventriculi languores tollant? Licito itaque stratagemate & hinc fallere interdum ægrum juvabit, ut sub fide desiderati à se remedii, aliud ipsi simile, sed magis proficuum, propinetur. Sanè consensus hic, & imaginationis motus ac quies, multum ad remedii effectum promovendum aut modificandum facient: Sequiori in specie sexui crebriùs se gratiosum his in punctis exhibeat necesse est, ob hystericas passiones, aut cardialgias his non rarò simillimas, quæ uti per dulcia aut suavius odorata provocari subinde (idiosyncrasia hic summoperè attendenda) solent, ita per ingratiora pariter medicamina, ob nauseam & ventriculi subversionem, quam sæpius concitant, paroxysmos istos vel revocant vel exasperant.

Ex dictis simul patescit: neminem concinnam, & quæ Medicum decet, formulam compositurum, *nisi* (1.) *exactam materiæ medicæ notitiam sibi comparaverit secundùm omnia tria regna*, eamque tam *externam*, seu quoad attributa à priori sensualia, qualis in officinis Pharmaceuticis & Mercatoriis, comparanda, quam *internam* seu quoad attributa à posteriori cognoscibilia, hic est, vires vel facultates operandi non nisi per experientiam, vel propriam, vel alienam, scriptorum nempe Medicorum, cognoscibilem. In hunc finem vel ineptè etiam curiosum Philiatrum, præstat esse sub studii Medici cursu, ut in omnia minutissima ubicunque obvia, quæ, qualia, quanta, &c. sint? unde nata? cujus usus, vel mechanici vel naturalis, &c.? sive intelligat, sive non intelligat, sedulò inquirat, etiamsi quæsita talia interdum etiam risu excipiantur. Dici non potest, quanta copia rerum in occulto & non sentientibus hoc pacto colligatur, quanta experientia, & denique quantus usus postmodum inde emergat.

(2.) *Præparationem simplicium* saltem *planiorem exacte caleat*, quod sine operationibus Chymico-mechanicis fieri nequit; harum enim medio plus minus aperitur, alteratur, concentratur, respectu aliorum varia phænomena idem exhibet simplex, &c. Propterea Laboratoria Chymicorum, Medicorum & Pharmacopœorum, quin imò juvat & Mechanicorum, quicunque subjecta quædam ad materiam Medicam spectantia tractant, visitare: attentus si sit, nunquam sine nova præparationis cujusdam vel encheireseos &c. observatione discedet; nam & sic apud Oenopolas, Zythopeptas, pistores, quæ menti curiosæ satisfaciunt, reperire licebit: non secus ac apud aurifabros, claustrarios, stannarios, &c. quin & manus proprias adhibeat, & carbones tractet ad HELMONTII imitationem; nec à crebriori deterreatur successu infausto; sive enim procedat ex voto, sive reluctetur tentamen, semper aliquid observare contingit, alibi quod proficuum esse potest, & medio hoc remedia optima, artis opera elegantissima, &c. inventa fuerunt; modo non saltum faciat, ac mox prolixos, aut laboriosos, aut nonnisi exercitatis imitabiles processus inchoet; tales enim nihil commodi, saltem sumptuum perditionem, & in capite confusum chaos Chymicum reportant.

(3.) *Compositionum officinalium optimè gnarus sit*, partim

partim ut easdem debite adhibere, partim aliis apte associare queat: alias omninò metuendum ne impetu cœco, quid pro quo interdum arripiendo, Empiricum temerarium, non Medicum circumspectum agat.

His ita primò observatis, certus sum, quod facillima erit ratio formulas præscribendi: sub quorum ignorantia non nisi corde & manu trepidante, vel ob sanitatem in ægro vel ob famam in Medico utrumque ex formula inepta, periclitantem aliquid in schedula consignari poterit. Quod si requisita talia nimis late extendi videantur, ad ea restringi possunt, quibus in præscriptione sæpius & frequentius utitur, ut hæc saltem juxta supposita benè calleat, pro ulteriori verò artis incremento & aliis pro viribus incumbat.

Jam ut debitis suis cancellis eò meliùs circumscribatur quævis compositio magistralis, in omnibus ingredientibus quatuor puncta cardinalia attendenda: quæ sunt

1. *Basis*, nunc *simplex* nunc *composita*.
2. *Iuvantia* seu *stimulantia*.
3. *Corrigentia*
4. Ipsam *formulam constituentia*.

De dirigentibus taceo, lite nondum decisa.

I. *Quoad basin*: est ista primarium ingrediens, quod inprimis satisfacit Indicato, & cui, ceu fundamento compositionis, ac principali ingredienti, reliqua tantum adjunguntur: ut quando præscribitur pulvis compositus purgans, medicamentum purgans est basis, quod satisfacit scopo purgationis, sive sit simplex, sive compositum, ex pluribus purgantibus confectum: sic v. g. basin Theriacæ, quicquid alii dicant, statuo ego cum WALÆO aliisque Opium, totius compositionis theriacalis primarium: Confectionis alchermes basis est Ambra revera. Est autem *basis* vel *simplex*, quando unum ingrediens primarium est tanquam basis, & uni satisfacit indicato; vel *composita*, ubi duo vel tria conjunctim basin constituunt, & uni tantum, vel etiam duobus & pluribus, Indicatis satisfaciunt: verbi gratiâ quando est temperandum acidum in massa sanguinea, his præscribuntur in pulvere pro temperando acido lapilli cancrorum pro basi; quod est medicamentum simplex in basi; vel cum lapillis cancrorum cornu cervi ustum, vel corallia; & sic est basis composita uni indicato satisfaciens, utut ingredientia sint composita. *Basis duplex*, pluribus indicationibus inserviens, est, quando v. g. est temperandum acidum in pleuritide. Hic habemus duplex Indicatum: sanguis stagnans resolvendus, & acidum temperandum: huic satisfaciunt partim simplicia, ut rasura dentis apri; partim composita, quale est pulvis Augustanorum compositus: sic in Tinctura Bezoardica basis est camphora cum salso volatili diaphoretico; in electuario diascordii Fracastorii bolus Armena terra sigillata & opium, junctim basin constituunt.

II. *Quoad Iuvantia* scilicet seu *stimulantia*: sunt ea talia, quæ pro promovenda hebetis baseos celeriori efficacia adduntur, quæ basin quasi augmentant, & efficaciorem reddunt, ut citius & melius se exerat: v. g. in purgantibus communibus & usitatis tardè operantibus sensibilior quidam stimulus requiritur, pro quo scopo sæpè additur extractum colocynthidis, vel scammonium præparatum; unde etiam stimulantia interdum audiunt. Sic in pilulis purgantibus, quarum basis est extractum quoddam adduntur grana aliquot scammonii præparati, vel trochiscorum alhandal, ut celerius & fortius operentur: sic mercurii dulcis optimus stimulus est scammonium more *Brendeliano* præparatum.

III. Quoad *Corrigentia*: optimum quidem est, ut basis habeatur legitimè dispensata & correcta, ut non opus sit addere corrigentia; quoniam basi malignæ addita corrigentia nihil aliud faciunt, nisi ut noxam inductam tantum emendent, non verò præcaveant. Unde ridiculum est, quando purgantibus non rectè correctis adduntur aromata pro correctione: legitima namque correctio medicamentorum consistit in eo, ut sint præparata legitime, antequam interius assumantur, qua correctione malignitas sit remota, quo facto, non opus est corrigentibus. Quod si tamen in basi aliquid nocivi fuerit, vel ægro minus conveniens, addatur tunc corrigens virulentiam, ut tutius, ac simul jucundius, operetur: nec enim tam benigna aut correcta semper sunt remedia, quin aliqualem plus minus notabilem noxiam impressionem, vel ventriculo & intestinis, nervoso generi, ut purgantia, vel aliis partibus hostilem alterationem inferre valeant: Corrigentia ergò subinde permiscenda. Sennæ operatio tartaro, cremore in decocto, sale in infuso, corrigitur. Opii malignitas pipere & castoreo emendatur, ut horum ope illius in spiritus impressio eò melius deleatur. Quin cum & ingrata subinde sint ægris, certo expuncto, vel odoris vel saporis, &c. remedia, pro infringendis hujusmodi nauseosis qualitatibus subinde quædam, succus citri, acetum, aqua cinnamomi, syrupi saccharum &c. addenda veniunt.

IV. Demum, cum pluribus modis remedia propinari ægro possint, & ita ex iisdem fere ingredientibus plures formularum modi conscribi, *constituentia* requiruntur, quæ formam absolvunt, & remediis reliquis mutua subactione certam consistentiam largiuntur, ut vel Potio vel Electuarium vel Pilulæ inde resultent. Et quidem quando præscribi debet medicamentum sub forma Potionis, sumuntur aquæ, spiritus, essentiæ: quando debent præscribi medicamenta sub forma boli, sumuntur conservæ: quando morsuli, conservantis loco est saccharum, &c.

Hæc quatuor in omnibus ingredientibus erant considerandà: Interdum *Dirigentia* quæ parti affectæ dicuntur appropriata, adduntur, ut quando in affectibus oculorum aqua fœniculi additur.

Hæc omnia jam in exemplis sunt declaranda: v. g. præscribendus Pulvis vel Bolus mediocriter laxans, cujus basis sit jalappa; adjuvans, quod simul baseos dosin plus minus limitat, cremor tartari; corrigens, oleum destillatum macis; constituens requiritur nullum in pulvere, cum hic per se ex mistura emergat; in Bolo verò conserva fumariæ aut florum tunicæ adhibeatur. Unde tales fiunt formulæ:

℞. *crem.* ♃i gr. xv.
pulv. jalapp. ℈ß.
℥ *destillat. macis* gtt. ij.
M. F. pulv. D. S.

Purgier-Pulver.

℞. *conf. fl. tun.* ʒß.
crem. ♃i gr. xv.
jalapp. ℈ß.
℥ *destillat. macis* gtt. ij.
c. s. q. syr. Ros. sol. f. *Bolus*
D. S.

Purgier-Zucker.

Porrò sit *pulvis* præscribendus *ad febrim intermittentem* ante paroxysmum:

℞. ⊖ *Absinth.* ℈j.
lapill. ♋. *præpar.* ℈ß.
laud. Opiat. gr. j. ad gr. iß.
℞ *destillat. caryophyll.* gtt. ij.
M. F. pulv. S.

Fieber-Pulver auffeinmahl.

Hic *Basis* est sal absinthii & lapilli cancrorum: *adjuvans* est laudanum opiatum. *Dirigens* & *Constituens* est oleum caryophyllorum, occurrens horrori febrili. Vel sit ordinanda *Potio antihypochondriaca* seu *hysterico diaphoretica*, repetitis vicibus capienda: *Basis* sit vel *composita*, ex Essentia Castorei & liquore cornu cervi succinato; vel *simplex*, essentia castorei cum spiritu salis Ammoniaci vinoso parata: *adjuvante* opus est nullo, aut si pro scopo absorbendi vitiosos sapores in primis viis addendum aliquid foret lapilli cancrorum, aut unicornu verum, sufficiunt: *Corrigens* saporis ratione sit succus chermes, vel syrupus corticum aurantiorum. Denique aqua destillata, vel qualiscunque vel aromatica, vel appropriata, ut interdum dicuntur pulegii, fœniculi, florum sambuci, &c. omnia ista sitiu suo excipiat, & ita potionem constituat hoc modo:

℞. ▽ *fl. samb.* ℥ij.
fœnic. ℥j.
ess. Castor. ♃ *iss.* ℥iß. ad ℥iij.
liqv. C. C. succin. ʒß. ad ℥j.
lapill. ♋. *præpar.* gr. xv. ad xxiv.
syr. Borrag. ℥ß. ad ℥vj.
M. F. Potio.
D. S.

Zertheilende Schweiß-Mixtur auf etliche mahl.

Vel sit *Potio* quædam præscribenda *in diarrhœa post fructus horæos*:

℞. ▽ *mentha* ℥iij.
tinam. ∽ *uos.* ℥iß.
∽ *nitri dulc.* ʒß.
℞ *sigill.* ℥j.
laud. opiat. ferm. gr. iij.
syrup. cydon. ℥iij. vel ℥vj. ad ℥j.
M. F. *Potio. S.*

Anhaltend Träncklein auf etliche mahl / wohl umb zurütteln.

Capienda repetitis vicibus unâ vice duo cochlearia, vel assumenda pro tribus dosibus.

Basis hic est terra sigillata, quæ est primarium ingrediens pro scopo adstringendi: *adjuvans* est spiritus nitri dulcis *corrigentibus* hic non opus est. *Constituentia* sunt aqua menthæ & syrupus cydoniorum; quæ duo simul faciunt, ut fiat potio: Quibusdam etiam dicuntur *dirigentia*; in omni enim diarrhœa remediis consultò adduntur stomachica.

In Ingredientibus porrò quatuor fugiantur & attendantur:

1. *Multitudo ingredientium*
2. *Contrarietas eorum.*
3. Limitetur *dosis*; &
4. *Idiosyncrasia* ægri.

Quoad 1. Equidem artificium est, curare per simplicia; unde felicem istum ægrum prædicat HELMONT, cujus Medicus novit curare simplicibus, & dolus est, secundum ARNOLDUM *de* VILLA NOVA, compositis uti, ubi simplicia sufficiunt: scilicet ut simplex victus saluberrimus, & naturæ convenientissimus, ita pariter Pharmacia; natura utroque paucis contenta est. Quod si ex rationibus supra dictis compositis utendum sit formulis, quævis vitanda multitudo quæ nec Medico, nec remedio, nec ægro conveniens videtur. Non Medico, quia nil magis Medicum titubantem facit, quam multitudo ingredientium, cum semper ignorantiæ cujusdam videatur indicium tanta sub magistralibus compositionibus farrago: qui enim simplicia minus exacte novit quò se vertat, nescit; hinc est, quod ex tot ac tantis simplicibus aut compositis: plus minus homogeneis aut heterogeneis, pro præsenti casu debitum delectum instituere nesciant, sed tantam farraginem corradant: id quod materiæ medicæ superficialem fere cognitionem innuit. *Laboramus abundantia potius & luxuria remediorum, quam penuria, selectis saltem opus est*; qui vix, quàm per experientiam ac per cognitionem texturæ materialis secundum minima ex vi seminis nata, ceu operationum instrumenti, obtineri potest, præsertim ubi non tam universalibus, sed quod magis expetendum, particularibus seu appropriatis ac specificis ægro succurrere est animus. Symptomatum, quam aliiurgent, atrocitas & pluralitas ex una fere vel immediate vel mediate propullulant radice morbosa, qua plus minus correctâ, fructus isti morbosi marcescunt: sin atrocius urgeant en opium ritè præparatum infracta dosi cæteris sociatum, tantum non omnibus succurrere solet, externa ut taceam delinimenta. Nec rarum est, quod naturæ motum nimium dum damus operam corrigendis symptomatis, vel impediamus vel turbemus. Nec minus adversatur remedio ex pluribus compositio; siquidem horum genericæ saltem dotes neglectis utplurimum specificis, considerari solent, utrobique superfluo labore: facultates generales enim, carminativæ, aperitivæ, absorptivæ, tribus vel quatuor selectis simplicibus aut uno concinno composito, obtineri possunt. Specifica pauca sunt, quæ paucioribus istis universalibus sociata scopo satisfacient. Quod si sub plurium coacervatione neglecta specifica appropriatum activitatis suæ objectum, ne per somnium quidem id cogitante Medico, inveniant, necessariò provocato hinc spirituum impetu, ex symptomatum novitate nova ægro turba, Medico solicitudo, excitatur. Imo attendendum & hoc, ne talibus compositis vel ex simplici mistione, vel ex arctiori per determinatam præparationem in novam texturam unione, medicamenta se invicem destruant, & novæ vires medicamentosæ, pristinis vel deletis vel infractis, emergant; simili ratione ac simplici ex mistione pulvis pyrius ac sclopetans vim fulminantem acquirunt, qui strepitus in auro fulminante simplici acidi intensioris additione obmutescit, non sine virium detrimento: Mercurius sublimatus simplici saltem cum mercurio vivo mistione diutiusque continuata trituratione, juncta repetita edulcoratione, Draco mitigatus seu dulcis evadit, de cujus usu tutò si quispiam dubitet, saltem docimasiam DAVISSONII *Philos. Pyroth. Part. 4. cap. 27. pag.* 178. instituere licet: Jalappa ac colocynthis simplici cum sale tartari (hic quidem addito saccharo) miscela & tritura cicurescunt ferè penitus. Quid fieri jam putandũ est, ubi præter mistionẽ Infusiones, decoctiones, &c. quibus vel exaltãtur, vel castrantur, vel imũtantur simplicium vires, accesserint minus denique ægro proficua est ista multitudo, cum perlæ cum stercore simul ingerantur ventriculo: cui tum demum hic labor incumbit, ut digestioni simili

labore

labore concreta medicamentosa dissolvat, donec activæ & medicamentosæ particulæ resolutæ, id quod possunt, operentur: sub quo actu ut non tantum immutantur plus minus ingesta medicamenta ita ex opposito ipse ventriculus à tot diversis ingestis non nisi præternaturalem patietur impressionem: qui dum in ægris languet & consueta horret, multo magis insueta medicamentosa nauseabit.

II. *Quoad contrarietatem*, non misceantur talia, quæ se invicem destruunt, & sibi sunt contraria; quin eligantur tam sibi, quam ægro compatibilia. Contrarietas formalis equidem nulla datur in naturalibus, aut saltem nullibi, præterquam in animali regno, idque fere quoque sub latiori acceptione; sed saltem effectiva, & quæ respectu nostri ita dicitur; quatenus quædam ex necessitate, aut naturali aut artificiali, nobis adversantur, vel quatenus sub unione se ita alterant, ut depositis pristinis proprietatibus, sensuum ex judicio se destruxisse videantur. Contrarietas hæc effectiva est, quæ in materia miscenda juxta formulæ præscriptum attendenda venit, tam respectu habito ad materiam miscendam, quam ad ægrum sanandum. In materia non superficialis illa, qua quædam non bene miscibilia sunt, intelligenda, ut oleosa, v.g. oleum amygdalarum dulcium cum aqua aut vino, sperma ceti, &c. sed quæ magis interius penetrat, & ipsam texturæ mutationem junctam habet: qualis in specie universalia inter ista duo naturæ & artis mechanicæ instrumenta, acidum & alcali, hisque cognata subjecta alia, notari solet. Ex nova enim in salsum textura neutrum propriæ satisfacit destinationi; idque eo minus, si simultanea particularum aliarum sincrisi vel diacrisi novum concretum emergat, v.g. si præscribuntur acida cum salibus volatilibus hæc enim se invicem destruunt, & in salsum novum coeunt: Salia alcalisata hinc non præscribenda cum sale ammoniaco pro febrium cura; sal volatile enim urinosum avolat concreto sali communi æmulo relicto. Eadem, sive fixa sive volatilia, alcalia aluminis societatem citra sui notabilem alterationem non ferunt: nec lixivialia eadem martialibus præsertim vitriolaceis jungenda; illorum enim in tartaro vitriolato saturatio, hujus in crocum fere adstringentem fit præcipitatio nec acida præsertim mineralia ac acetosa, fixatis metallicis aut mineralibus facile socianda promptissime enim aliud inde concretum emergit pristinis simul utrinque exutis potentiis. Frequentius in visitatione nostrarum officinarum occurrit formulo:

℞. *epat. rub.* ℥j.
scamm. ♃ *ati gr.* xv. M.

Hæc sunt contraria: Nam acidum spiritus vitrioli in Epatico rubro destruit scammonium, & ita se mutuo destruendo defraudant Medicum & ægrum: Eliyxr proprietatis vulgare minus cum spiritu salis ammoniaci miscendum, cum novum exinde mirabiliter alteratum sub præcipitatione emergat concretum; nisi *interdum Medicus ex instituto compositionem talem ex contrariis componat pro obtinendo quodam tertio*: id quod obtinet v.g. in Potione febrifuga Crolliana, quam videbitis in *Basil. Chym. pag.* 298. ubi extemporaneus tartatus vitriolatus, ceu conveniens digestivum, ante paroxysmum propinatur. Pertinent pariter huc misturæ versatissimi in felici praxi SYLVII, passim *in Praxi* ejus annotatæ, ex aceto destillato, lapillis cancrorum, vel corallis, & electuario diascordii, &c. combinatæ mens scilicet in talibus formulis non est saturare acidum, & ita aliud intra corpus absorbendi vim in terreo destruere; sed arrodere saltem superficiali attactu ista objecta, quo intra corpus à potentiori acido promptius arripiantur, ac ex aceto destillato præcipitentur, sive quod dum in istis concentratur. Sive ab ils absorbetur, acetum destillatum quasi regeneratum in corpore in salsum mutatum, abstergendo & resolvendo & blande stimulando, sui quod erat, faciat officii. Exemplo tartari & martis hæc illustrare placet: Decoxi martem cum cremore tartari: solutio mediocris in qua superficiali attactu tartarus sibi martem jungebat, coloris citrini, dulcoris martialis non adeo intensi, inspissata, donec intense aurei esset coloris, instillato spiritu salis ammoniaci simplici, aut lixivio salis tartari, vix sensibiliter alterabatur; ab aceto destillato vero, spiritu salis vel spiritu nitri, turbabatur liquor tartareo martialis, & copiosum ponebat sedimentum non terreum martiale, sed salinum quasi granulosum, gustu subalcalicum, h. e. perfectus tartarus regeneratus, qui per præcipitationem per potentius acidum liberatur à marte in forma nativa se repræsentabat: hinc enim, si modo dictis cum acidis intensioribus impregnatis liquoribus filtro à tartato separatis lixivium salis tartari instilletur, veri martis fit præcipitatio sub forma sedimenti obscuri nonnihil viridescentis; quod tamen in aere libero in crocum flavum fatiscit. Simili modo suspicari licet, martem in liquore martis *tartarisati* præfato intra corpus à potentiori acido saturati, tartarum vero præcipitando regenerari, ac tum consuetis muniis fungi. Ex opposito cremoris tartari & martis ana decoctio fortis & multum impregnata, non tamen potenter adeo martialis quam tartarei saporis decantabatur, & magma residuum cum nova aqua diu beneque agitatum & decoctum, liquorem aurei coloris ad nigredinem vergentis, saporis intensius martialis reddidit, quem ob fortiorem martis & tartari amplexum seu potius intimum congressum, nec spiritus salis, nec spiritus nitri, nec spiritus vitrioli tantillum immutabant, quin omnia hæc acida citra sensibilem alterationem ipsi se permiscebant: par ratio cum alcalibus, siquidem nec à spiritu salis ammoniaci, nec à lixivio salis tartari, ulla mutatio, adeo perfectum salsum ex marte & tartaro concreverat. Quod si liquori dicto, jam acidis impregnato, alcalia instillarentur, post levem effervescentiam præcipitabatur materia grumosa & grossa, analoga quodammodo martis, ex vitriolo præcipitato. Sane suspicari licet; martem extra corpus jam plus minus ita saturatum minoris usus futurum pro cachecticorum acidis imbibendis; sicuti ex opposito tartari acidum, appropriato suo compari alcali oleoso per istam in marte concentrationem & diuturnam coctionem spoliatum, minus regeneratum iri, sed odore saltem acido, si adhuc separabilis esset, parum vel nihil effecturum.

III. Observetur in omnibus *ingredientibus dosis*, hoc est, quanto pondere ac mensura ingredientia præscribenda, sive explicite istud idq; frequentiq; secundum grana, scrupulos, drachmas uncias & libras sive implicite idque rarius tantum in vegetabilium quorundam partibus aridis ob faciliorem dispensationem, secundũ pugillos, manipulos, fasciculos, numerum

rum parem vel imparem, determinetur. Cum verò omne remedium non nisi respectu hominis sit tale, cui alteratio certa illius occasione inducenda, sive active sive passive remedium ad hoc contribuat, ipsi vero homines multum inter se differant tam habitualiter ex idiosyncrasia seminali, quam accidentaliter ex climatis, vitæ generis, consuetudinis, ætatis, temporis anni, vitium & affectuum varietate, nullius remedii dosis absolute determinari poterit, quin, respectu vel primario ad individuum patiens vel secundario ad cætera associata ingredientia habito eadem demum limitanda.

Subjectum patiens quod attinet: in eodem remedium vel facilius vel difficilius, vel fortius aut debilius &c. effectum suum exserit: Siquidem pro partium solidarum majori vel minori eutonia ac robore, fluidarum textura concentrata magis & firmiori, aut attenuata & subtiliori, acrimonia in specie volatiliori magis resolvente & remedium actuante, aut fixiori concentrante & remedium enervante spirituumque denique systasi rariori ac magis elastica, vel densiori, ejusdem remedii, etiam in eodem subjecto, variat effectus. Qui alias fortiter exagitat tartarus emeticus MYNSICHTI in gran. ij. hypochondriaco-melancholicos vix tantillum, etiam sub tripla, movet dosi; dum aurum fulminans infanti lactanti tuto ad gr. j. porrigitur, ceu polychrestum iisdem auxilium, ultra gr. ß. una vice vix dari potest eidem, non ita diu ablactato; illud ipsum ad gr. jv. cum pauco arcano duplicato Tertianario ultra decem secessus provocaverat, quod, alia occasione in Quartanario ad gr. ix. cum quibusdam absorbentibus ne minimum commotionis sensum induxerat: Sic unicus purgans pulvis sæpe in hoc parum, in hoc nihil, in alio vero excessivè, operatur, quæ diversitas dependet à diversitate constitutionis ventriculorum seu illorum fermenti. Mirum quantas doses, repetito etiam usu, opiatorum optime ferant phthisici ac dysenterici? Apoplecticum vix potentissimus naribus insufflatus excitat helleborismus. Adeoque dosis in puncto non consistit, sed in quovis remedio toties variat, quoties individuum vel numero diversum, vel numero idem, secundum tres res medicas diversimode alteratum, occurrit. Ne tamen in suspenso penitus maneat hoc negotium, nec nisi per experimenta dubia adeoque suspecta, modo non periculosa, dosis remedii unicuique individuo conveniens expiscanda sit ob id sicut rectum norma curvi, & juxta statum naturalem mensurandus quasi est præter naturalis ad adultum, sanum, vel saltem neutrum respicere, & quæ alterationes insequantur certam remedii dosin attendere, eandemque in aliis similiter circumspecte observare convenit, & ista, quam ut plurimum (quod in contingentibus necessarii locum supplet) idem ac eodem fere modo desideratus insecutus fuit effectus, ceu media ordinariaque dosis statuenda venit, juxta quam postmodum pro individuorum conditionibus summa ac infima, & ita pariter extraordinaria determinanda: Sic enim Jalappæ dosis media est ℈j, summa ʒß, infima ℈ß: sed extraordinarie nec ʒj quendam movere observatur, dum alium gr. jv vel vj sufficienter exagitant. Conf. BARTHOLINUS *Centur. V. Histor. 69. Epist. Centur. 3. pag. 130. & 133.* ac in hoc sensu apud Materiæ Medicæ scriptores doses speciales ubivis consignatæ observantur quæ tamen semper intelligendæ de homine adulto ab anno 25. ad 40. & limitandæ pro ratione ætatis & virium ægrorum. Quod si ejusmodi doses sint applicandæ pueris vel senibus, qui sunt bis pueri, dantur vel dimidiæ doses, vel quarta pars præscribitur: Sic quando adulto præscribitur ℈j antimonii diaphoretici, puero septem annorum dantur grana vij vel viij, puero duodecim annorum ℈ß vel grana xij. Sic etiam seni, si sit quinquagenarius, grana xv; si sit sexagenarius, ℈ß. Item si adulto spiritus salis ammoniaci guttæ xxv. dentur, puero annorum quinque dantur quinque puero decem annorum xij vel xv. guttulæ puero quindecim annorum xviij. guttulæ, seni quinquaginta annorum gutt. xx, sexagenario gutt. xv. & ita varianda est dosis pro varietate ætatum. Respiciendæ quoque vires; nam qui valentes sunt & firmi, majorem possunt sustinere dosin, quam infirmi: Ita quando cuidam robur est firmum, possunt propinari guttæ xx. Elixir proprietatis econtra languidi non possunt ultra x. perferre. Quoad *Anni tempora* tempore verno augentur doses. Ipse affectus etiam simul est considerandus qui vel chronicus vel acutus: Chronici affectus omnino non permittunt, ut majoribus dosibus corrigantur, quoniam exasperantur & difficilius curantur; econtra acuti, in quibus omnia sunt periculi plena, in principio & incremento dum vires adhuc suppetunt, majoribus dosibus frangendus affectus acutus & hebetandus: quod ex eo est rationabile, quod affectus chronici tarde & lente progrediuntur & non est periculum in mora; econtra acuti affectus celerius curandi, quia in his occasio est præceps unde necesse est, ut majoribus remediis & dosibus aggrediantur in principio & incremento. In propinandis purgantibus maximè judiciosus sit Medicus in cognoscenda natura ægrorum ita ut si æger sit robusto stomacho, & abundet fermentum salinum; item an sit affectus cum melancholia vel scorbuto vel malo hypochondriaco junctus in quibus affectibus abundat acidum. In his major dosis non nocet, quoniam vis purgantis infringitur ab acido stomachi fermento; è contra quando est stomachus ægri sanguinei & phlegmatici, in quibus fermentum acido-salinum est hebes, in iis danda lenissima, & dimidia purgantium vel minutissima dosis sufficit. Imprimis in purgationibus tutius est deficere quam excedere, quoniam defectus non adeo nocet quam excessus; & si vel quater vel quinquies post assumptum purgans æger deponat, sufficit: non enim excreta copia sunt æstimanda: Sed si, *qualia oportet exeant, & facile ferat æger*: vid. HIPPOCRATES *s. 2. aphor. 33.* Id quod cognoscimus ex eo, si fiat cum euphoria ægri; si vero fiat cum debilitate virium, est abundans purgatio. Ast, præter individuum recipiens & alia ingredientia pro determinanda dosi remediorum simul conferenda; ab his enim impediri ac promoveri effectus medicamentosus assolet. Prout adjuvantia basin plus minus acuunt, corrigentia hanc infringunt, aut refrænant constituentia concentrant aut diluunt, &c. Jalappæ scrupulus semis pro dosi sufficit, si cremoris tartari grana xv. eam adjuvent; idque eo magis, si præterea scammonii præparati granum unum eam stimulet: Theriaca longe potentius sudorem movet aceto juncta: Opiata quorumvis evacuantium, præter diaphoreticorum effectus imminuunt: terræ medicatæ efficacius adstringunt aceti consortio, magis aluminosæ factæ. Hisce ergo ingredientibus cæteris baseos dosis absoluta subinde varianda ac determinanda venit.

IV. ἰδιοσυγκρασία ægri quoque non negligenda à priori licet non cognoscibilis, sive nativa sive adscititia fuerit. Sane ut sensibus grata, & alias consueta

sueta teste HIPPOCRATE, cum tantillum casei aversati frustulum clam licet ingestum totam ex opposito digestionem turbet; ita in Therapeutico negotio quæ ægro accepta & compatibilia, nec hostilia, forsan melioribus præferenda erunt. Idiosyncrasia ista tam quoad sensiles immediate alias manifestas remediorum qualitates, quam quoad non sensiles, sed occultas perpendenda. Istæ ex ægri patent relatu; hunc enim amara, alium acida, dulcia, salsa, &c. delectant nunc pilulæ pulveres potiones, &c. appetuntur. Sed circa occulta illa quæ nulli sensuum patent major omnino difficultas neque enim nisi per experientiam, adeoque repetitas observationes cognosci possunt, nisi forsan vel ex hæreditario charactere per plures successiones innotuerint, aut ex ægri prævia observatione pateant. Notissimum est, dari ægros, qui non possunt ferre hoc vel illud remedium, puæprimis mulieres quæ in passiones hystericas cadunt si quid offeratur à quo abhorrent: quædam castoreum ferre possunt, aliæ vero saporem aut odorem respuunt: hi bene anisum aut cinnamomum ferunt, quod aliis fastidiosum est: acetum quam plurimis in summis est deliciis, cujus tamen vel solo odore lipothymiam incurrit mulier apud HORSTIUM ex FABRICIO *Append. ad Decad. 5. quæst. 1. pag.* 117. sassafras lignum præ aliis suave summi tamen abhorruit vestalis apud PANAROLUM *Pent.* 5. *Observat.* 22. Sunt qui gammaros coctos absque perturbatione insigni ne aspicere possunt in *M. A. N. C. Ann.* 1. *Observat.* 135. *pag.* 299. quomodo eosdem in potionibus vulnerariis sustinebunt? & sic porro. Quicquid ergo ægro haud compatibile & primario quod ex idiosyncrasia repugnat, ex formulis simpliciter exulet.

His omnibus ita observatis, sub ipsa præscriptione emergit sponte sua ipsum medicamentum, sive magis norum concretum remedii essentiale, magistraliter quidem sive extemporaneè artificiose tamen compositum, juxta medici privatam ordinationem, ulterius adhibendum.

CAPUT II.
DE
FORMULIS IN SPECIE.

HActenus de præscriptione formularum in genere, de quibus alias MORELLUS atque BLASIUS optime scripsere; MORELLUS tamen confusissimus & difficillimus est: Jam verò in specie accessum facio ad præscribendarum formularum differentias & distinctos modos. Nihil in specie agam de syrupis qui pro dispensatione sui semper parati prostant, & non aut raro magistraliter præscribuntur quorum tamen mentio fieri potest in decoctis. Vina medicata ad infusa pertinent, nec peculiarem præscribendi modum exigunt. Ptisana pariter seu Hordeatum, Hydromel, Oxymel, &c. decoctionum speciales quidam modi, non secus ac diæta sudorifera seu lignorum decocta, tam primaria quam secundaria. Destillatum instaurans est non ens, licet ipsa aqua impingauns EPIPHANII FERDINANDI *in Hist. Med.* foret, nudum nempe est phlegma quod sine ullo usu hauritur. Decoctum galli, sive junioris sive senioris jam rarissimi usus pharmaceutici, ad culinas relegandum una cum jusculis medicatis ac restaurantibus, quorum omnium odor ægris vix tolerabilis; nedum ut ventriculus debilis sub appetitu prostrato eadem digerat, quin dum calore febrili interiora plus minus æstuant, cadaverisantur talia digestionis defectu, putrescunt, aut saltem in nidorem abeunt. Conditum idem cum Electuario. Eclegmata fere inusitata, quorum locum syrupus quidam gratior, v. g. diacod. Montani, scabiosæ vel misti, vel cum rob passularum minorum subacti, cum baculo liquiritiæ pro scopo temperandi seu demulcendi aut incrassandi supplebunt: Sicut pro scopo attenuandi & resolvendi isti de prassio, de nicotiana, emeticus *Salæ*, cum spiritus sulphuris paucis guttulis sufficient. Pandaleon, pasta regia, Massa panis Pineolatum &c. cupediariis relinquenda, & quantum nutritii vel temperantis roris languidus tabescentium ventriculus ex istis hauriet? dum in pastam tenacem viscidam acidam in eodem abeunt. Trochisci magistrales vix præscribuntur ulli, cum ipsi officinales videantur quibusdam superflui. Epithema peculiarem haud exigit formulam, cum fluidi cujusdam vel liquoris, vel misturæ, vel decocti, vel emulsionis, determinatam saltem externam applicandi rationem denotet. Idem dicendum de Clysmatis ac Gargarismatis, quæ saltem in medicamentorum liquidorum varia forma adscriptorum speciali utendi modo consistunt. Fotus humidi & quæ huc pertinent, Lotiones, Balnea, Insessus, ad decoctorum speciales modos, ex applicandi varietate natos, pertinent, nam simili ac decocta modo præscribuntur, etiamsi etiam sicca sacculorum forma adhibeantur; eadem tamen præscribendi, alia saltem applicandi ratio. Nec scutum differt à sacculo vel emplastro, dum ventriculo admoventur. Frontale nunc sacculus, nunc epithema, nunc linimentum est. Cucupha est specialis saltem pulverum applicatio. Collyria oculorum sunt remedia, multiplici formula præscribenda. Idem de Errhinis valet, sternutatoriis, Apophlegmaticis, & Dentifriciis. Cataplasmata ad decoctionum speciales modos reducenda, sicut interdum ad misturas spissiores. Vesicatoria peculiarem non constituunt formulam quin prout pulverisatæ cantharides vel fermento pro cataplasmate, vel emplastro magistrali aut officinali includuntur suum quod est faciunt: quid? quod earum essentia cuti imposita vesicas excitet. Suppositoria non præscribuntur, sed officinalia ordinantur: ut taceam loco illorum globulos die Biesam-Kugeln / commodius, si non utplurimum felicius, applicari posse. Quod si extemporaneum desideretur, prompte illud ex alumine ad imitationem ANGELI SALÆ *Append. Myroth. S. 4. §. 13. pag.* 840. vel SYLVII *l.* 1. *Prax. cap.* 11. *&* 12. *pag.* 119. *&* 123. concinnabitur. Quæ &c qualia denique præscribuntur hodie Pessaria? quin loco eorundem vel injectiones per metrenchytem, vel suffitus per instrumentum Glauberi ligneum, vel optime per parvam aut phiolam aut retortulam vitream, longioris paulo colli, usurpantur, dum harum in specie orificium linteis tenerioribus munitum sinui pudoris applicatur, fundus vero vasis cum remedio vel solido vel fluido igni carbonum leni propius admovetur, ut concitatis hinc effluviis uterus locaque vicina diversimode alterentur.

His ergo ad stationes debitas relegatis, Formulæ omnes commode quinque Capitibus generalibus comprehendi possunt, nempe

1. In *Pulveres*
2. *Pilulas*,
3. *Decocta* & *Infusa*,
4. *Misturas* seu *Potiones*; &
5. *Extrinsecus Inungenda*.

Sit ergò.

CAPUT I.
DE
PULVERIBUS, & IISDEM SUBORDINATIS FORMULIS.

Pulveres quid sint? notum est. Vocantur interdum Alcohol, Sief, Tragea. *Alcohol* duo significat: in scholis enim Chymicorum (1.) notat spiritum vini rectificatissimum (2.) in pharmaceuticis eo intelligitur pulvis subtilissimus, qui fere palpari & magis attenuari non potest. *Sief* est vocabulum Arabicum, quo intelliguntur pulveres, qui oculis inflantur in specie. *Tragea* est pulvis non adeo exacte contritus, ut Trageæ stomachales. Simpliciter in his arida, sive sicca in minutiores sui partes contundendo aut terendo redacta, sive jam pulverisata in officinis prostent simplicia ac composita, v. g. species diagalangæ pulvis contra casum, &c. sive demum pulverisanda sint, præscribuntur. In genere omnis pulvis vel est purgans, vel alterans: Purgans ex simplicibus catharticis ex scammonio, ex aliis tam ex regno vegetabili quam minerali desumptis constat. Pulvis alterans est qui acidum absorbet sanguinis ebullitionem compescit, menses provocat, appetitum acuit, &c. pro varietate scopi & intentione Medici.

Quoad quantitatem ingredientium; omnes pulveres, quia difficiliores assumptionis & deglutitionis sunt, pro una vice præscribuntur usu interno à ℈j. ad ʒß, raro ℈ij, rarissime ad ʒj sine nausea ægri, ordinantur, nisi in dosi quorundam speciali, v. g. radicis asari, ad ʒj. adscendere necesse sit: Nec infra ℈j pondus esse debet, ne cochleari, linguæ & faucibus, inter assumendum adhærens, maximam partem perdatur.

Pulveres autem præscribuntur tam *usu interno*, quam *externo*: *Internus*, ceu potior, est, dum capitur in vehiculo convenienti: aut domestico, quod privatim ægro Medicus denuncia; aut officinali, mistura scilicet quadam tenuiori, à Medico simul præscripta.

Quod attinet *Pulverum formulas*: Sit primo *pulvis digestivus* præmittendus purgationibus. Pulvis aliàs *digestivus* in duplici accipitur sensu:

1. Ex sensu veterum, ubi pulvis digestivus est pulvis dicatus stomacho pro adjuvanda digestione & concoctione alimentorum in stomacho, *de quibus infra.*
2. Ex sensu modernorum pulveres digestivi sunt, qui præmittuntur purgantibus, eum in finem, ut succi acidi evacuandi temperentur, viscidiq; attenuentur, ut rite postmodum à medicamento purgante evacuari possint: item sunt isti qui præscribuntur in febribus intermittentibus die intermissionis pro corrigenda massa sanguinea & compescendis humoribus ebullientibus: præparatis enim sic succis vitiosis facile postmodum adhiberi possunt alia medicamenta.

Tales sunt desumpti partim ex salibus tam vegetabilium quem mineralium, partim ex concretis terreis, v. g. cremor tartari, sal tartari, tartarus vitriolatus, lapilli cancrorum, &c. Sit ergo *Pulvis digestivus scorbuticus* præmittendus Purganti in scorbuto, hic:

℞. *arcan. dupl. Mynſ.* vel *tartari vitriolat.* ʒß.
lapill. ♋. præpar. ℈j.
salis Absinth. vel ♁ *tartari* ℈ß.
M. F. pulv.
div. in 2. l. 3. part. æqv. ſ. seorsim.

Scorbutisch digestiv-Pulver auf einmahl.

Basis est Arcanum duplicatum vel tartarus vitriolatus: *adjuvans* sal absinthii vel tartari: *Scopus* est, corrigere acrimoniam salis scorbutici, ut postmodum possit eo melius evacuari, alias purgatio dat tormina & corrosiones. Potest etiam adhiberi loco digestivi in febre tertiana, item in quartana in febre quoque scorbutica est satis elegans pulvis digestivus.

Alius *pulvis digestivus in tertiana intermittente* propinandus die intermissionis, aut etiam ante paroxysmum ex salibus:

℞. *crem. tartari*
tartari vitriolat.
salis Cichor. ana ℈j.
M. divid. in 2. part. æqual;
S.
Seorsim:

Digestiv-Pulver auf einmahl.

Vel

℞. *tartari vitriolat.* ℈ij.
salis Absinth.
cent. min.
cichor. ana ℈j.
M. div. in 4. part. æqv.
S.

Digestiv-Salz auf etlich mahl.

℞. *tartari vitriolat.* ʒj.
salis Card. bened. ʒß.
flor. ♁ *cicv vol.* gr. xv.
M. F. pulv. pro tribus dosibus.

Hujusmodi pulvis digestivus modernorum præmittitur purgationi die intermittente mane horis tribus ante pastum, vesperi post pastum; mane in jusculo à meridie in vehiculo frigido.

2. *Pulvis absorbens & invertens acidum* conficitur ex lapillis cancrorum, lapillis percarum, perlis, ossa sepiæ præparato, cornu cervi usto, sale cardui benedicti, coralliis præparatis &c. Formula præscribitur talis;

℞. *lapill. ♋. præp.* ʒj.
oss. sep. præp.
nuc. moschat. ana ʒß.
corall. r. præp.
cretæ præp. ana ℈j.
salis absinth. ℈ij.
M. F. pulv. S.

Dämpffend-Pulver.

dosis ℈j. ad ʒß.

Vel

℞. *lapill. ♋. præp.* ʒiß.
unic. fossil.
corall r. præp.
c. c. ust. præp. ana ʒß.
salis absinth. ʒj.
nuc. moschat. ℈ij.
M. F. pulv. D. S.

Dämpffend-Pulver auf etlich mahl.

Dosis quantum largior cuspis cultri capere potest.

Alius Pulvis absorbens contra phlogoses vagas, aut etiam contra Sodam:

℞. *oss. sepiæ,*
maxill. Lucii pisc.
ebor. usti ana gr. xv.
salis absinth. gr. vj.
M. pro duabus dosibus.
S.

Dämpffend-Pulver.

Siccis hujusmodi, interdum & consistentiæ vel fluidæ, ut olea destillata; vel mediæ, ut Theriaca, Extracta, &c. in dosi tamen exigua seu infracta, addi solent, ut ex sequentibus patebit.

Pulvis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1300-3 DFG

Pulvis destruens acidum, similiterque sistens dolorem in passione Colica:

℞. *Corall. rubr. præp.*
C. C. ust. præp. ana ℈j.
Oris absinth. gr. xij.
℞ *destillat. macis* gtt. ij.
caryophyll. gtt. j.
M. F. pulv.

Vel

℞. *ras. eboris* ℈ij.
corall. r. præp.
lapill. ⊼. præp. ana ℈j.
sigillat. gr. xij.
℞ *destillat. cort. aurant.* gtt. ij.
anisi
carvi
fœnic.
zedoar. ana gtt. j.
M. F. pulv. pro duabus dosibus.

3. *Pulvis corrigens sal volatile oleosum sive bilem efferatam, in vaga corporis phlogosi.*

Componitur ex nitro antimoniato, quod optimum hic, Epatico rubro Dresdensi, spiritu vitrioli coagulato, &c. His sæpe additur Bezoardicum minerale pro diaphoresi adjuvanda, v.g.

℞. *nitri ℞iat.* ℥j.
arcan. duplic. ʒß.
bezoard. miner. ℈j. vel ʒß. ad ℈ij.
M. F. pulv. pro 3. 4. vel 5. dosibus, S.

Kühl-Pulver auf 3. 4. oder 5. mahl.

In hoc pulvere *basis* est nitrum antimoniatum; *adjuvans* arcanum duplicatum.

Vel:

℞. *nitri ℞iati* ʒß.
arcan. duplic. ℈j. vel gr. xv.
M. D. S.

Kühl-Pulver auf einmahl.

℞. *nitri vitriolat. s. arcan. dupl.* ʒß.
bezoard. miner. gr. xij.
laud. opiat. gr. iij.
M. pro duab. dosib.
S. ut supra.

Item:

℞. *ebor. s. △e*
pulv. hepat. rub. Dresd. ana ʒß.
M. div. in 2. part. æqual.
S. ut supra.

Hepaticum rubrum Dresdense fit ex *cremore tartari*, cui affunditur *tinctura Santali*, parata cum spiritu vini & spiritu vitrioli, & exsiccatur, sæpius repetendo, usque dum intensum colorem rubrum accipiat.

4. *Pulvis vomitorius.*

℞. *crem. tartari* gr. vj.
℞ *arillor. samb.* gtt. j. M.
℞. *tartari emet. Mynſ.* gr. iij.
saccb. alb. vel ⊖*ci* ℈ß.
M. D. S.

Brech-Pulver.

Additur sal ammoniacum in morbis febrientibus, ubi mucus viscidus rejiciendus. NB. Addi etiam potest nitrum antimoniatum, vel arcanum duplicatum. Item:

℞. *crem. tartari* ℈ß.
sulphuris ℞ij. gr. vj.
scamm. præp. gr. ij.
M. D. S. ut antè.
℞. *pulv. rad. asari rec.* ℈ij. ad ʒj.
D. S.

Erbrechend-Fieber-Pulver.

5. *Pulvis purgans.*

Quod attinet pulveres purgantes; debet desumi dosis communis ex dosi purgantis debita ceu basi, cui addendus stimulus, qui est vel salinus, vel scammoniatus aut ex colocynthide: Interdum additur saccharum, interdum omittitur; additur in delicatulis ratione saporis, qui non ita attendendus, ubi non opus est.

Ulterius pulveres purgantes non inelegantes adsperguntur aliquot guttis olei destillati anisi, vel nucis moschatæ; quoniam sunt grata ventriculo, carminativa, & promovent flatus, qui præsentissimi sunt in omnibus purgationibus.

Sic quando debet præscribi *Pulvis purgans* simplicissimus pro una dosi, debet fieri hoc modo:

℞. *pulv. jalapp.* ℈j.
crem. tartari ℈ß.
M. f. pulv. adde
℞ *destillat. anisi* gtt. ij. S.

Laxier- oder Purgier-Pulver/ auf einmahl.

In hoc observetur *basis*, qui est pulvis jalappæ, & quidem dosis ordinaria & conveniens pro adulto est ℈j. in puero sit ℈ß. & sic porrò: In delicatulis adhuc additur saccharum, vel elæo saccharum anisi, vel cinnamomi, idque saporis gratia: Huic basi additur cremoris tartari ℈ß, tanquam stimulus; hic enim ratione salinæ virtutis stimulat, & stimulando medicamenti purgantis operationem accelerat, dum (1.) intestina irritat (2.) quoniam radix jalappæ resinositate sua solet adhærere intestinis, cremor tartari etiam est corrigens, & ita non solum vim jalappæ ignavam stimulat, sed & corrigit, ne det hypercatharses. *Constituens* est ipsa forma pulveris. Id quod dat gratum odorem vel saporem, est oleum grati odoris & saporis, vel Elæosaccharum, quod simul noxas ex flatibus impedit; utut cremor tartari per se det gratum saporem huic pulveri. Vel:

℞. *crem. tartari*
rad. jalapp. ana gr. xv.
scamm. præp. gr. ij. vel iij.
M. F. pulv.
irroretur cum ℞ *destillat. anis.* gtt. ij.
D. S.

Purgier-Pulver auf einmahl.

Hic scammonium præparatum est *stimulus*, oleum est *corrigens*; quia scammonium facit flatus. *Basis* est radix jalappæ.

Usus est in vehiculo calido ut melius dissolvatur cremor tartari, & sic citius purgat, imo ratissime nauseam causat; in vehiculo autem frigido medicamenta sæpe nauseam excitant.

Alius *pulvis purgans* est:

℞. *tartari vitriolat.* gr. xv.
scamm. ♃at. gr. ij.
extr. troch. alhand. gr. j.
M. F. pulv. S.

Purgier-Pulverlein.

Basis est scammonium sulphuratum: *adjuvans* est tartarus vitriolatus alias per se vix gr. xij. scammonii sulphurati sufficerent: *stimulans* est Extractum trochiscorum alhandal.

Pulvis purgans pro virgine delicata laxioris alvi:

℞. *tartari vitriolat.* ʒß.
mag. jalapp gr. xv.
scammon. ♃at. gr. vj.
M. f. pulv. pro tribus dosibus. Vel:
℞. *pulv. jalapp.* ʒß.
scamm. ♃at. gr. vj.
tartari vitriolat. gr. xij.
M. pro tribus dosibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1301-9 DFG

Alius pro quinque dosibus:

℞. *crem. tartari* ℈ij. ad ℈ijß.
scamm. ♃*at.* ℈j.
olei destillat. cort. citr. l. *fœnic.* gtt. iv.
M. f. pulv. D. S.

Purgier-Pulver auf 5. mahl.

Quidam commendant sequentem pulverem, absque torminibus quatuor vel quinque vicibus blandissime purgantem. Compositio est hæc:

℞. *Pulv. Jalapp.* ℈ß. l. gr. xij. ad xv.
scamm. præp. vel *res. scamm.* gr. ij.
nitri puriss. gr. vj. ad ℈ß.
olei destillat. anis. gtt. ij.
M. f. pulv. pro una dosi, qui leniter & sine molestia purgat.
D. S.

Laxier-Pulver auf einmahl.

Loco solius nitri, etiam *nitri* gr. vj. ⊖ *tartari* gr. iv. recipi possunt.

Pulvis febrilis laxativus ante paroxysmum:

℞. *corall. r. præp.*
salis absinth. ana gr. xv.
scamm. præp. gr. iv.
M. D. S.

Eröffnend Fieber-Pulver.

Pulvis purgans in juvene biliosio, facileque hypercatharsi obnoxio, facile Tertiana afflicto:

℞. *rad. Jalapp.* ℈ß. ad gr. xv.
nitri puriss. gr. vj.
M.
Vel:

℞. *pulv. Jalapp.* gr. xv.
scamm. ♀*at.* gr. iij.
nitri puriss. gr. iv.
⊖ ♀*i* gr. ij.
M.

Pulvis laxativus anti hypochondriacus:

℞. *fol. senna sest.*
crem. tartari ana ℥ß.
sem. anisi
cinnam.
cubebar.
zingib. ana ℈j.
M. f. pulv.

Capiatur in jusculo calido, vel in principio prandii, vel hora una ante prandium: dosis largior cultri cuspis. Si velimus habere pulverem purgantem ex basi composita, præscribendus est ita, ut omnia ingredientia simul sumpta unam constituant dosin hoc modo:

℞. *rad. mechoac. albiss.* ℈ß.
rhabarb. el.
aloes succot. ana gr. v.
scamm. ♃*at.* gr. iij.
crem. tartari gr. vj.
M. f. l. a. Pulvis,
irrigandus aliquot guttis *olei destillati caryophyllorum*, vel *anisi.*

Hic est pulvis purgans, cujus basis est composita ex quatuor.

Adhuc unus potest præscribi *Pulvis Catholicus purgans:*

℞. *rad. Jalapp.*
rhabarb. el.
aloes succoter.
scamm. rosat. ana gr. v.
tartari vitriolat. gr. vj. vel ℈ß.
pulv. cinam. morsu el. gr. iij.
M. f. pulv. S.

Purgier-Pulver auf einmahl.

Dabo ex *mineralibus purgantem pulverem*, si scilicet sit purgandus, qui laborat lue venerea seu scabie maligna tunc propinarem talem pulverem:

℞. *pulv. mercurial.* gr. xxiv.
scamm. ♃*at.* gr. ij.
M.
Vel:

℞. *radic. Jalapp.*
mercurii dulc. ana ℈ß.
vitæ gr. ij.
troch. alhand. gr. j.
elæo sacch. cinam. ℈ß.
M. f. pulv. S.

Purgier-Pulver.

Assumuntur pulveres purgantes mane jejuno stomacho, & instituitur post assumptionem jejunium ad aliquot horas. *Pulvis laxans infantem* trium annorum.

℞. *crem. tartari* gr. viij.
præp. rad. Jalapp. gr. iv.
M. f. pulv. D. S.

Purgier-Pulver.

Item:

℞. *mercurii dulc.* gr. iij. l. iv.
sacch. gr. v.
M.

Infanti sex annorum præscribuntur:

mercurii dulc. gr. viij. ad ix.
sacch. ℈ß.
M.

Pulvis diaphoreticus.

℞. *C. C. s.* ♃*e*
♀*nii diaphor.* ana ℈ß.
⊖ *vol. viperar.* gr. v.
olei destillat. cinam. gtt. j.
M. D. S.

Schweiß-treibend-Pulver.

℞. ♃*ij diaphor. ♂ial.* ℈j.
⊖ *vol. viperar.* gr. v.
M. f. pulv.
S. ut ante.

Quando patiens est inquietus additur *laudanum opiatum.* *Pulvis sudoriferus* pro ancilla scabie infecta:

℞. *C. C. s.* ♃*e*
fl. ♀*u* l. ♃*ij. diaph.* ana ℈ß.
⊖*u absinth.* gr. vj.
vol. viperar. gr. iv.
M. f. pulv.

Pulvis diaphoreticus antipleuriticus.

℞. *maxill. lucii pisc.* ℥ß.
♀*nii diaphor.*
⊖*is card. bened.* ana ℈ß.
laud. opiat. gr. ij.
M. pro duab. dosib.

℞. *maxill. lucii pisc.*
⊖ *card. bened.* ℈ß.
⊖ *vol. dent. apri* gr. v.
laud. opiat. gr. iß.
M. f. pulv.

Pulvis *bezoardicus in febribus malignis*, simul diaphoreticus:

℞. *bezoard. animal.* gr. xv.
ebor. s. ♃*e* ℈ß.
cinn. ♃*ij* gr. v.
laud. opiat. gr. j.
M. S.

Dämpffend Ruhe-Pulver.

Vel:

℞. C. C. *s.* ♃*e* ℥ij.
sigillat.
unic. fossil. ana ℥ß.
M. f. pulv.
dos. ℈j. ad ℥ß.

Acui

Acui & modificari potest pro circumstantiarum ratione; v.g.

℞. *pulv. hujus* ℈j.
⊖ *vol. C. C. l. viperar.* gr. vj.
M.

Si jam convulsiones adsint:

℞. *pulvis hujus* ℈j.
cinn. ℥ij. gr. vj.
camph. gr. j.
M.

Si agrypnia superveniat:

℞. *hujus pulv.* gr. xv.
bezoard. miner. ℈ß.
opiiferm. gr. j.
M.

Alius *pulvis Bezoardicus in febribus malignis* beneficio sudoris expellens malignitatem:

℞. C. C. *s.* Δe ℈j.
bezoar. Orient. ℈ß.
⊖ *vol. C. C.* gr. v.
camph. gr. j.
M.
Item:
℞. ℥ij *diaphor.* gr. xv.
C. C. *s.* Δe ℈ß.
camph. gr. j.
M. D. S.

Hertz-Stärckend-Pulver.

Postulant enim in his & similibus morbis ægroti Pulveres Cardiacos, qui massæ sanguineæ dyscrasiam corrigendo operantur. Qui camphoram nauseant, loco hujus possunt præscribi *salis volatilis viperarum* vel *Cornu Cervi* gr. ij. vel iij.

Observetur, quod his pulveribus quoque pompæ gratia soleant addi *folia auri & argenti*, & tunc signantur: Güldisches Hertz-Pulver / Güldisches Stärck-Pulver: Verum aurum & gemmæ adduntur sine effectu, tantum propter pompam.

Pulvis magistralis compositus alexipharmacus contra fumos metallicos chymicis vel Aurifabris &c. propinandus potest esse talis, quem aliquando cuidam metallifossori præscripsi hoc modo:

℞. *pulv. rad. zedoar.* ℥ iß. ad ℥ij.
C. C. *s.* Δe ℥j.
℥ij *diaphor.* ℈ij.
⊕ *sigillat.*
antihect. Poter.
bezoard. miner. ana ℈j.
camph. ℈ß.
elæo sacch. anisi ℥ iß.
M. f. pulv. D. S.

Pulver gegen das Gifft.

Basis est zedoaria: *Dosis* ℈j. ad ℥ß. pro una vice.

Pulvis diureticus.

℞. *lapill. percar. prap.* ℥j.
asell. prap. ℈j.
⊖ *vol. fraxin. l. succini* gr. xv.
M. f. pulv. pro tribus dosibus.
℞. ⊖ *essent. tartari l.* ⊕ *sol. tartari* ℥ iß.
lapill. percar. ℥ß.
M. pro tribus dos.
℞. *crem. tartari* ℥j.
Lapill. ♋. *prap.* ℥ß.
olei destillat. terebinth. gtt. iij.
M. pro tribus dos.
℞. *arcan. duplic.* ℥ij.
⊖ *vol. succin.* ℈ß.
c. o destillat. bacc. junip. l. Terebint. gtt. iij. l. iv.
M. pro tribus dos.
℞. *nitri cum alcal. depur.* ℥j.
⊖ *genist.* ℥ß.
⊖ *fraxin.* vel *vol. succin.* gr. xv.
olei destillat. bacc. junip. gtt. ij.
M. pro trib. vel 4. dosib.
℞. *arcan. duplic.* ℈j.
Lapill. ♋. *prap.* ℈ß.
⊖ *vol. tartari* gr. v.
M. f. pulv. S.

Urin treibend-Pulver.

℞. *lapill.* ♋. *prap.*
⊖ *genist.*
stipit. fabar. ana ℈ß.
⊖ *vol. succin.* gr. iij.
M.
℞. *salis stipit. fabar.*
tartari ana ℥ß.
vol. succin. ℈j.
M. div. in 3. part. æqual.
D. S.

Harn-Treibendes-Saltz.

Convéniunt dicti pulveres diuretici in calculo, nephritide hydrope & similibus affectibus.

Pulvis ad compescendam *sodam:*

℞. C. C. *usti præpar.* ℈j.
cretæ prap.
corall. r. prap.
lapill. ♋. *prap.* ana ℈ß.
M. f. pulvis.
℞. C. C. *usti prap.* ℈j.
cretæ prap. ℈ß.
corall. r. prap. gr. xv
M. pro duab. dosibus.
℞. *cretæ alb. prap.* ℈j.
lap. carpion. ℈ß.
salis absinth. gr. vj.
M. pro dosi

Olea destillata in his pulveribus non præscribenda; peccat enim in ardore stomachi sal volatile oleosum, unde ab oleis adhibitis ardor magis augeretur: Additur his formulis quidem aliàs oleum expressum nucis moschatæ; sed hoc est oleum magis aquosum non acre.

Pulvis magistralis dysentericus.

℞. *ras. priapi ceti* ℥ iß.
mag. corall. c. s. citri, l. corall. r. prap. ℈ij.
epat. viperar in MB. exsicc. ℥ß.
laud. opiat. ferm. gr. vj.
olei destillat. cinnam. gtt. iv.
M. f. pulv. pro 5. vel 6. dosib. S.

Anhaltende und Schmerstillende Pulver.

In hoc pulvere *basis* est rasura priapi ceti, & epar viperarum: *adjuvans* laudanum opiatum, oleum est stomachicum *corrigens*; nam hic maxima semper ratio habenda est stomachi: Adsunt grana vj. laudani opiati pro sex dosibus, alias enim grana ij. pro una dosi vix sufficiunt; hic autem ob usum continuandum granum unum pro dosi est, cum alias grana duo deberent esse.

Pulvis usurpandus *contra quartanam ingruente paroxysmo.*

℞. *specif. febril. Croll. ex testis cochlear. oblong.* ℥j.
salis absinth.
cent. min. ana ℈ß.
olei destillat. caryophyll. gtt. iij.
M. pro duab. dosib.
℞. ⊖ *is sumar.* ℈j.
cent. min. ℈ß.
laud. opiat. gr. ij.
olei destillat. caryophyll gtt. j. M.

℞. ⊖ ✱ci depur. ℈j.
lapill. ♋. præp. ℈ß.
M.

Pulvis usurpandus *contra casum ab alto.*

℞. *sangu. hircin. ad legem Helm. præpar.* ʒj.
sigillat. l. margæ Sax.
ʒij diaphor. ana ʒß.
M. div. in 2. part. æqual.

℞. *fulig. furni splend.* ʒj.
lapill. ♋. præp. ʒß.
M. pro duab. dos.

Pulvis hic in vehiculo calido sumendus pro dissolvendo sanguine grumoso.

Pulvis contra defectum mensium.

℞. *limat. ♂is crude præp.* ʒij.
croci Orient. ℈j.
℥ *destillat. Sabinæ* gtt. jv.
M. f. pulv. S.

Treibend-Pulver auf 7. mahl.

℞. *fimi columb. calc.* ʒij.
croc. Orient. ʒß.
myrrh. elect. gr. xvj.
M. div. in S. doses æqual.

Huc pertinent *pulveres cachectici*, in cachexiis, affectione hypochondriorum morbis virgineis & mensibus suppressis: Horum omnium basis est mars, in specie crocus martis aperitivus, cujus loco sumitur mars crude præparatus. Sit ergo talis *pulvis cachecticus*:

℞. *croci ♂tis aperit.* vel *limat. ♂is crude præpar.*
vel *ʒij diaphoret. ♂ial.* ʒiij.
myrrh. el. ʒj.
cinam. morsu el.
costi arom. veri
nuc. moschat. ana ℈j.
croci ℈ß.
cum vel sine saccharo
M. f. pulv. D. S.

Eröffnend Leber- und Milz-Pulver.

cujus *dosis* potest esse ʒß. vel ℈ij.

Pulvis partum, menses & secundinas promovent.

℞. *castor.*
flor. ♀is ana ʒß.
borrac. ℈ß.
myrrha el. gr. vj.
cinam.
zedoar. ana gr. iv.
M. f. pulv.
div. in 2. part. æqual.
S.

Treibend-Pulver.

Pulvis contra epilepsiam ad præcautionem paroxysmi:

℞. *rad. pæon. maris luna crescente mense Septembri vel Octob. collect.* ʒij.
rasur. ebor. ʒj.
cinn. ʒij. ℈ij.
laud. opiat. gr. xv.
M. F. pulv.

℞. *mag. corall. c. s. citri* ʒß.
cinn. ʒij. ℈j.
⊖ *vol. cranii hum.* gr. vj.
laud. opiat. gr. ij.
M. f. pulv.

℞. *cinnab. ʒij.* ʒß:
⊖ *vol. succin.* gr. xij.
laud. op. ferm. gr. ij. vel iij.
M. div. in 2. part. æqual.
D. S.

Pulver wieder den Jammer.

℞. ▽ *lil. convall.*
salviæ ana ʒj.
cerasi. nigr.
lil. convall. ana ʒiß.
M. pro vehiculo.

Pulvis contra epilepsiam infantum ex consensu abdominis:

℞. *rasi. unic. veri.*
cran. hum. viol. occis. ana gr. v.
⊙ *i fulmin.* gr. j.
M. D. in duplo, S.

Sonderlich-Pulver.

℞. ▽ *pæon.* ʒiß.
cinam. spirituos. ʒj.
syr. fl. tunic. ʒiß:
M D. S.

Wässerlein zum Pulver.

Pulvis epilepticus in epilepsia jam imminente pro infante duorum annorum:

℞. *unic veri gr.* viij.
pulv. epil. ʒial. gr. iß.
extr. theriacal. gr. ß.
M. f. pulv.

℞. ⊙ *i fulmin.* gr. ij.
unic veri præp. ℈ß.
M. pro una dosi.

℞. ♀ *is veget.* ℈ß.
cinn. nativ. select. gr. iv.
M. f. pulv. pro una dosi.

℞. *unic. veri præp.* ʒß.
cinn. nativ. sel. gr. xv.
⊖ *vol. C. C.* gr. iij.
extr. castor. gr. j.
℥ *destillat. anisi* gtt. j.
M. f. pulv. pro tribus dosibus.

℞. *unic. veri præp.*
cran. hum. s. △*e* ana ℈ß.
⊖ *vol. viperar.* gr. iv.
M. pro duab. dosibus.

Pulvis contra variolas & Morbillos, præsertim in incremento:

℞. *C. C. s.* △*e* ℈ij.
unic. fossil. ℈j.
⊖ *card. bened.* gr. xv.
myrrh. el. gr. xij.
M. div. in 3. part. æqual. S.

Austreibend-Pulver.

Sit tandem *pulvis contra Tormina infantum*, ex acido, lac corrumpente enata, ubi simul est pavor in somno: Præscribendus ergo est pulvis destruens acidum, & dissolvens lac quo facto tormina sedantur: exempli gratia:

℞. *C. C. s.* △*e.*
lapill. ♋. præp. ana ℈j. ad ʒß.
myrrh. el. gr. vj.
theriac. Andr. gr. iij.
℥ *destillat. Anisi* gtt. iij.
M. f. pulv. D. S.

Kinder-Pulver gegen das Reissen.

Huic pulveri pro lubitu saccharum vel admisceri vel omitti potest.

Item:

℞. *lapill. ♋. præp.* ʒß.
crystall. præp. gr. xij.
corall. r. præp. gr. vj.
olei destillat. anisi gtt. iv.
M. detur cum lacte pro aliquot dosibus, item in pulte pulv. sem. anisi.

Item:

℞. *lapill.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1304-6 DFG

℞. *lapill.* ♋ *præp.* ℈ß.
dictamn. cret. gr. viij.
olei destillat. anis. gtt. iij.
M. D. S.

Linderungs-Pulver.

exhibeatur in lacte.

In torminibus vero *cum alvi fluxu:*

℞. C. C. *ust. præp.* ℈ij.
unic fossil. ℈j.
Sigill. ℈ß.
theriac. gr. jv.
extr. castor. gr. iij.
olei destillat macis gtt. ij.
M. F. pulv. D. S.

Anhaltend Ruhe-Pulver.

Pulverem grossiorem ex aromatibus & analogis subjectis, non adeo exacte tritis, cum saccharo mistis, *Trageam* vocari, supra dictum. Et hæc est *veterum Pulvis digestivus sive stomachicus*, qui non confundendus cum superius digestivis dictis pulveribus, qui præcedunt Purgantia: Conficitur ex seminibus carminativis, item ex aromatibus & similibus, quæ corrigunt flatulentias & aciditatem stomachi. Exemplum talis *pulveris digestivi veterum* sive *Trageæ stomachalis*. Sit hoc:

℞. *sem. Coriandr.* ℥ß.
anisi
fœnic. ana ℥ij.
galang.
nuc. mosch. ana ℥j.
cinnam. morsu el. ℈j.
sacch. ad pondus omnium, vel dimidiam vel quartam partem.
M. f. Pulvis, S.

Pulvis digestivus

nach der Maalzeit.

Vel:

℞. *sem. coriandr.* ℥ß.
anisi
fœnic. ana ℥ij.
galang.
zedoar.
zingib. ana ℥j.
spec. diatriton piper. ℥ß.
⊖*ci* ℥j.
elæosacch. Caryophyll. ℥ij.
M. f. *Trageagrossa*,
S.

Magen-Trisenetch.

His addatur *sacchari* plus minus, prout volumus blandiri palato ægri.

Item:

℞. *rad. Acori veri*
ari præp. ana ℥iij.
galang.
zedoar. ana ℥iß.
zingib.
cinnam. ana ℥j.
sacchari, vel ad pondus omnium, vel dimidium.
M. S. ut supra.

Vel

℞. *rad. ari* ℥ß.
zingib. ℥ij.
nuc. mosch. ℥j.
cardamom.
cubebar. aua ℈ij.
⊖*ci* ℥iß.
elæosacch. cujusdam q. s.
M. F. Tragea,
S.
ut supra.

Plura exempla videbitis in HORSTII *Observat. l. 4. Obs. 38. pag. 210.* item *l. 5. Observ. 3. pag. 266.* & *Obs. 4. p. 268.* item SENNERTI *Instit. l. 5. p. 3. S. 3. c. 14. p. 1415.* & *1417.* & *l. 3. Prax. p. 1. Sect. 1. cap. 5. p. 24.*

Talis Trogea, sive pulvis digestivus veterum stomachicus, secundum praxin olim usitatam semper post prandium à cochleari semis ad integrum, prout multum sacchari inditum fuerit aut in forma sicca, aut pani vino Malvatico imprægnato inspersus, masticando successive assumebatur, ut tanquam simplicia calida & sicca adjuvarent digestionem primam in senibus vel cachecticis, qui de stomacho frigido, & hepate calido, similibusque morbis chronicis conquerebantur, & ex stomacho copiosos vapores in caput exhalare putabant, unde oriantur catarrhi; hinc virtute carminativa dissipabant flatus & vapores, ne possint ferire caput & exinde alias quoque *Pulveres peptici* dicuntur. Intentio hæc veterum est probanda, utut explicatio sit pessima. Præscribitur enim talis pulvis in cruditate acida ructibus acidis malo hypochondriaco, &c. in quibus succus fermentativus non est ritè volatilis, sed nimis acidus & fixus, & obtrusus est à copiosa materia crassa & viscida ut beneficio salis volatilis aromatici acidum in stomacho fixum temperent & volatilisent blande; item nimiam aciditatem alimentorum in cachecticis & hypochondriacis subjectis temperent & corrigant, & ita chylum in salsum volatilem liquorem transmutare adjuvent. Propterea præscribuntur tales pulveres digestivi ex aromaticis oleosis. Sed comptior hodierna praxis pro puerorum potius delectamentis, præsertim dum confectiones saccharatæ subinde permiscentur talia destinat. Loco eorum enim ex quibus necesse est, ut sub digestione prius ventriculus medicinam præparet, potius spiritus aut salia volatilia aromatica sive oleosa in usu sunt, sive quovis in pastu sive brevi post eum absolutum, assumantur, in quem finem aptissima eorum videtur præparatio, si *aromata selecta*, præsertim simul *carminativa*, cum sufficiente quantitate *salis ammoniaci* & *calcis vivæ* mista hinc *aqua communi* humectata, mediocri ignis rigore per retortam destillentur, acquiritur sic spiritus sive *sal volatile oleosum* in forma humida, quod dosi guttularum xx. vel xxx. ab istis Trageis sperata auxilia multum si non superabit, certe æque præstabit. Quod si Tragem quædam delicata, variis condimenti loco inspergenda aut addenda, desideretur, præscribatur talis per quam grata:

℞. *cinnam.* p. iij.
cardamom. p. ij.
caryophyll. p. j.
sacchari qu. pl.
M. asservetur usui.

Hi sunt pulveres interni.

Externus pulverum usus est varius & multiplex quidem, pro partis affectæ & usus differentiis ast præscribendi modus ubique est idem. Sic pulveres ulceribus inspergunturpro dentifriciis item ut & pro suffitibus catarrhalibus adhibentur.

Primo igitur sit,

Pulvis absorbens *in intertrigine, aut simili superficiali ex coriatione*, aut *ulceribus manantibus inveteratis.*

Inter-

Intertrigo autem est excoriatio cuticulæ, quæ oritur ex nimio sudore, præprimis in infantibus tenellulis sub axillis, imo & in adultis inter digitos pedum &c. Formula præscribendi talis est:

℞. *croc. ☉ù è vitriolo ♁at.* ℥j.
lap. calamin. pulv. aut præpar. ℥ß.
cerussæ
cretæ albiss. ana ℈j.
M. F. D. S.

Einstreu-Pulver.

Includitur nodulo ex linteo raro, & sic loco affecto inspergitur. Repetatur hoc toties, donec consolidatio sequitur. *Crocus ille martis* paratur solvendo *vitriolum* in *aqua simplici*, & cum *oleo tartari* præcipitando.

Hinc *pulvis inspergendus ulceribus manantibus & difficulter consolidantibus*, in specie in *ulceribus tibiarum*, quæ difficillimæ sunt coalitionis & curationis. Contra talia optimi sunt pulveres, qui partim acidum ulcerum corrosivum absorbent, partim vi balsamica consolidationem promovent:

℞. *croc. ☉ù* ℥ij.
lap. calamin. ℥j.
lact. ☽æ ℥iß.
myrrhæ
oliban.
aloes ana ℈j.
camph. ℈ß.
M. F.

Itroretur *spiritu theriacali.*
S.

Reinigendes Heil-Pulver.

Crocus martis fit iterum è vitriolo præcipitatus. Quoad modum utendi eluatur ulcus decocto Nicotianæ, post inspergatur pulvis, & imponatur emplastrum.

Hoc repetatur aliquoties.

Vel:

℞. *croc. ☉ù è vitriolo ♁at.* ℥iij.
lact. lunæ ℥iß.
♁ sigill. ℥j.
myrrhæ el.
macis
aloes ana ℈j.
camph. ℈ß.
M. F. D. S.

Äusserlich reinigend Pulver.

Conf. MAJOR, *Diss. de Lact. Lunæ c.* 11. §. 2. & 6.

Pertinet huc etiam *pulvis erysipelatodes Mynsichti Armam, Sect.* 5. *pag.* 436.

Pulvis dentifricius in vacillatione dentium, odontalgia sæpius recurrente gingivarum laxatione, gingivis cruentis, & aliquali earum exulceratione Scorbutica & putredine:

℞. C.C. *ust. præp.* ℥iij.
pumic. ust. præp. ℥iß.
Alum. usti
tartari ad albed. calcin. ana ℈j. ad ℥ß.
rad. Ireos Flor. ℈ij. ad ℥j.
Mista irroretur ∽ *Cochleariæ*,
& imbibantur aliquot. guttulis *olei destill. Caryophyll.*
D. S.

Zahn-Pulver gegen den Scharbock/ vel potius, gegen die Mund-Fäule.

Nam Scharbock/ est generale vocabulum. Hic scopus est destruere acidum, & absorbere sordes ex gingivis promanantes; quod faciunt alumen atque tartarus calcinatus: post humiditates emanantes imbibunt corpora terrea, pumex cornu cervi, &c. pro gratia odoris additur radix ireos *dirigens* est spiritus Cochleariæ.

Item:

℞. *fl. Malvæ arb.* ℥ß.
C.C. *usti* ℥ij.
nuc. moschat.
alum. usti ana ℥j.
M. f. subtilis,
D. S.

Zahn-Pulver.

Pulveribus his post oris collutionem & dentium purificationem bene fricentur gingivæ.

Pulveres etiam *pro suffitu* usurpantur in affectionibus scilicet catarrhalibus capitis à frigore externo contractis.

℞. *sandarac.* S. G. *Juniperi* vel *gum. Animæ* ℥vj. ad ℥j.
succini ℥ß.
styrac. calamit. ℥iij.
mastich.
thuris ana ℥ij.
benz. ℥j. ad ℥ij.
ras. ligni Rhod. ℥ij.
Contundantur grosso modo,
S.

Räucher-Pulver gegen die Flüsse.

Basis est succinum, sandaraca aut gummi Animæ & styrax: *stimuli* sunt thus & mastix *corrigens* lignum rhodinum quod simul gratum odorem conciliat. Talium suffituum frequens usus est in coryza.

Pro oculorum usibus pariter pulveres externi adhibentur sed subtilissimi & speciatim Arabico nomine *Sief* appellantur & modeste oculis insufflantur.

Sief ad oculum ungue laborantem:

℞. *sacch. candi* ℥j.
tutiæ præp. ℥ß
ost. sepiæ pulv. ℈j.
vitrioli alb. ℈ß.
M. f. *pulvis subtilissimus.*
S.

Äusserlich-Pulver zu den Augen/ oder Augen-Pulver.

Per calamum inflatur.

Vid. Poterius, felix Practicus *C.* 2. *cap.* 8. *pag.* 61. *ex quo suppresso Autoris nomine abstulit* RIVERIUS *Prax. l.* 2. *cap.* 18. *pag.* 184.

Pulvis sternutatorius ad excitandam mulierem, gravi passione hysterica laborantem.

℞. *pulv. fl. lil. convall.* ℥j.
nicotian. ℈ij.
rad. Helleb. albi ℈j.
castorei gr. viij.
M. F. D. S.

Pülverlein zum Niesen.

Aliter:

℞. *pulv. fl. lil. convall.* ℈ij.
rad. Helleb. albi gr. xv.
⊖ *vol.* ⊡ *æ* ℈ß.
M. F. pulv.
Vel

℞. *pulv. lil. convall.* ℥ß.
rad. Helleb. albi ℈ß.
castor. gr. xij.
℞ *destillat. Majoran.* gtt. v.
M. F. ⅌.

Pulvis sternutatorius.

℞. *pulv. mari veri* ℥j.
fl. lil. convall. ℥ß.

pulve-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1306-8
DFG

℞ *destillat Major.* gtt. iij.
M. f. pulv.
℞. *fl. Lil. convall.*
fol. Majoran. āā ℈j.
Mari syr. ver.
Serpilli āā ℈ß.
M.

Pulvis sternutatorius ad imitationem *HELMONTII:*
℞. *Rad. Helleb. nigri non præpar.*
Sacchar. albiss. āā ʒj.
℞ *destillat. Anisi*
Major. āā gtt. ij.
M. D. S.
Nieß-Pulver.

Vel
℞. *Rad. Helleb nigri exacte pulveris.* ʒj.
fl. Lil. convall. pulveris. ʒiß.
ol. destillat. Caryophyll. gtt. iij.
M. S. ut supra.

Vel ad hodiernum morem:
℞. *præp. Tabaci Ind. Virg.* ℥ß.
Major. ʒij.
Mosch. ℈ß.
Ambræ gr. v.
ol. destillat. Anisi
Lavend. āā gtt. vj.
M. f. pulv. D. S.
Haupt- und Nieß-Pulver.

BOLI.

Pulveres appropriati si excipiantur *conserva appropriatà*, aut alio simili, & cum fluido quodam, maximam partem syrupo appropriato, pro meliori miscela subigantur, pro una dosi, interne saltem usurpanda, dant *Bolos*: sin verò pro pluribus, dant *Electuaria.*

Veteres unciatim præscribebant bolos, Imprimis purgantes ex casia recenter extracta & electuariis officinalibus, quod adhuc in Italia & Gallia in usu est; apud nos verò propter delicatulos ægros inolevit hic mos. Ad summum igitur ʒj. pro dosi constare debent, quandoque tamen ʒij conceduntur, modò ne nauseosi sint. Observandum ut conservæ ʒj. in bolis semper respondeat pulveris ℈j, ad summum ʒß.

Exempli loco sit
Bolus emeticus:
℞. *Conf. tur. Samb.* ℈j.
♀ *emet.* gr. ij.
c. s. q. *Syr. emet.* f. *BOLUS.*
℞. *Conf. fl. Persic.* l. *Fumar.* ʒß.
♀ *emet. Mynsi.* gr. iij. l. jv.
Syr. Nicot. q. s.
f. l. a. *BOLUS*, D. S.
Brech-Lattwerge 1. Brechbissen auff einmahl.

Loco tartari emetici, Mercurij vitæ grana duo sumi possunt;
℞. *Conf. fl. Tunic.* ℈j. ad ʒß.
♃ ♂ *ii c. lixiv. detonat.* ♀ *i* & ☿ *iper decoct. par.* gr. vj.
Crem. ♀ *i* gr. v.
M. f. *Bolus*, D. S.
Brech-Zucker.
℞. *Conf. gratiol.* ʒj.
Croc. Metall. absinth. gr. iij
M.

Bolus Purgans.
℞. *Conf. Rosar.* ʒj.
pulv. Jalapp. ℈ß.
scamm. rosat. gr. v.
ol. destillat. Cinnam. gtt. j.
c. *syr. Ros.* solut. f. Bolus, S.
Purgierzucker.
℞. *Conf. fl. persic.* ʒj.
per rad. Jalapp. gr. xv.
mag. scamm. gr. v.
M. f. *Bolus.*

Alia formula in scorbuto:
℞. *Conf. fol. Cochlear.* ʒj.
per rad. Jalapp. ℈ß.
Helleb. nigri gr. v.
Extr. troch. alhand. gr. j.
c. *syr scelotyrb. For.* f. *Bolus.*
adspergendus aliquot guttulis ~ *cochlear.* S.
Purgier-Bolus wider den Scharbock.
℞. *Conf. rosar.* ʒj.
Extr. Helleb. nigr. c. ♡ *simpl.* ♁ ♀ *i acuat.* ℈j.
M. f. Bolus, S.
Purgierende Lattwerge.
℞. *Conf. Fumar.* ʒj.
♀ *ii dulc.* gr. xv. ad ℈j.
scamm. præpar. gr. v.
c. s. q. *syr rubi idæi* f. Bolus, s. ut anteà.

Bolus laxativus contra lumbricos.
℞. *Conf. fl. Persic.* ℈ij ad ʒj.
♀ *ii dulc. ritè præp.* gr. xv. ad ℈j.
spec. diaturbith. c. Rhab. vel *pulv. Jalapp.* gr. v. l. viij. vel scamm. præp. gr. ij.
c. *syr. flor. persic.* f. Bolus, S.
Laxier-Lattwerge oder Zucker gegen die Würmer.

Basis est Mercurius dulcis: *adjuvans* sive *stimulans* species diaturbith cum Rhabarbaro, vel pulvis Jalappæ, vel scammonium præparatum: *constituens* verò est conserva.

Pro infantibus parvis solent fieri hoc modo:
℞. *Conf. fl. Persic.* ʒß.
♀ *ii dulc.* gr. vj.
spec. diaturb. c. Rhab. gr. iij.
c. s. q. *syr. fl. Persic.* f. Bolus, S.
Lattwerge gegen die Würmer auff einmal.

Nam rarò præscribuntur Boli pro duabus vicibus.

Alia formula *Boli purgantis in affectibus oculorum.*
℞. *Conf. flor. euphras.* ʒj
pulv. Cathol. purg. gr. xv
scamm. ♃ *at.* gr. ij
ol. destill. Fœnic. gtt. ij
c. s. q. syr. Fœnic. f. Bolus, S.
Purgier-Bolus zun Augen.

Bolus purgans in Hydrope.
℞. *Conf. fl. Persic.* ʒj
pulv. ♀ *ial.* gr. xv
extr. elater gr. j. ad ij
c. *syr. fl. Persic.* vel *syr. de spina cervina* f. *Bolus.*

Bolus adstringens ad diarrhœam:
℞. *Conf. rosar. parum* ⊕ *lat.* ʒj
♀ *sigillat.* ℈j ad ʒß
Laud. opiat. gr. j. vel ij
c. s. q. *syr. myrtin.* *myrtillor.* f. *Bolus.*
qui irroretur c. *oleo destillato macis*, S.
Anhaltende Lattwerge.

Bolus in vomitu nimio:
℞. *Conf. ros.* ⊕ *lat.* ʒj
♀ *sigillat.* ℈j

Laud. opiat. gr. j. ad ij.
ol. destillat. cinnam. gtt. j.
c. s. q. *Mvvæ Cydonior.* f. *Bolus*,
miscendo & expectando, donec aliqualis turgescentia cessaverit, S.

Magen-stärckender Zucker.

Bolus pro corroboratione post nimium sudorem, in febre maligna prolectum, posset præscribi hoc modo:

℞. *Conf. pulpæ citri* ℥ß
Conf. alcherm. ℈j
pulv. Hepat. rubr. (ut coagulet denuo massam sanguineam) ℈ß
c. *syr. Acetos. citri* f. *Bolus*, S.

Stärck-Lattwerge auff einmahl.

Bolus confortans somniferus:

℞. *Conf. fl. borrag.* ℥j
Conf. Alcherm. ℈ß
Laud. ferment. gr. j. ad gr. jß
ol. destillat. cinnam. gtt. j.
M. f. *Bolus*, S.

Stärckender Ruhe-Zucker.

℞. *Conf. fl. Anthos* ℥j
Matr. perlar. præp. ℈ß
Croci Orient. gr. ix.
ol destillat. cinnam. gtt. j.
c. s. q. *Conf. Alcherm.* f. *Bolus*.
S. ut antea.

℞. *Conf. Rosar.* l. flor. anthos
violar. l. borrag. ana ʒß
conf alcherm. ʒß ad ʒj
laud. opiat. gr. j
c. s. q. rubi idæi f. Bolus,
S. ut antea.

℞. *Conf. fl. Borrag.*
theriac. ana ʒß
conf. alcherm. ℈j
laud. opiat. gr. ß.
M. f. ut suptà.

Bolus contra vertiginem per consensum stomachi.

℞. *Conf. fol. Melifs.*
Menth. ana ʒß
cinnab. ʒii ℈ß
ol. destillat. Rorismar.
succini ana gtt. j. l. ij
c. *syrupo menthæ* f. *Bolus*.

℞. *Conf. fl. Anthos* ʒj
spec. dialunæ Mynf. ℈ß
ʒii *diaphor.* gr. xv.
sacch. ℔ni gr. ij
c. *syr. Stœch. Arab.* f. *Bolus*.

Quin & si copiosior paulo pulvis fuerit, conservæ constituentis loco solus syrupus recipi potest, quantum sufficit pro consistentia debita: e. g.

Bolus purgans.

℞. *Pulv. hypochondr. laxat. supra descript.* ʒj
scammon. præp. gr. j. ad ij
c. s. q. *syr. ros. solut.* f. *Mucharis rosar.* f. *Bolus*, S.

Purgier-Zucker.

Nempe usitatissimè istis modis præscribuntur Boli: loco tamen conservæ etiam pulpæ quædam spissiores, ut tamarindorum, item electuaria gratiora, ut rosarum; quin & interdum Theriaca, sed hæc rarius, solent recipi: Dum enim vulgus inter evporista sua rob sambuci vel juniperi cum cornu cervi sine igne aut usto, pro scopo diaphoretico, in erysipelate & similibus malis porrigit, quid aliud, quàm bolum ordinat? sicuti ex opposito confectiones, extracta gratiora aliave, conjungi apte in boli formam possunt. E. g. pro bolis purgantibus pulpa tamarindorum, quæ purgat, & subacidi gratique est saporis, & non cum nausea assumitur: loco conservæ catholicæ solet inservire. Sit ergò

Bolus purgans pro delicatulis.

℞. *Pulp. tamarind.* ʒj ad ʒij.
pulv. Cathol. purg. vel *pulv. rad. Jalapp.* ℈j.
c. *syr. rubi idæi* l. *fumar.* f. *Bolus*:
cui etiam addi possunt
scammon. ♃*at.* gr. j. l. ij.
D. S.

Purgier-Lattwerge.

Loco pulpæ tamarindorum sumi potest pulpa passularum.

Bolus purgans in Tertiana intermittente.

℞. *Pulp. Tamarind.* ʒij.
rhabarb. pulveris. l. *pulv. Cholag. Querc.* ℈j
scamm. rosat. gr. iij.
c. *syr. Acetosellæ* f. *Bolus*.

Bolus alterans in æstu ventriculi & hypochondriorum:

℞. *Pulp tamarind* ʒij.
♃ ⊕*lat. Tachen.* gr. xv.
Bez. miner. scrup. ß.
c. syr. violar. f. Bolus, S.

Kühl-Lattwerge.

Bolus laxativus.

℞. *Pulp. Passul.* ʒij.
Mag. Jalapp. gr. vj.
scamm. ♃*at.* gr. iij.
M. D. S.

Purgier-Zucker.

Vel:

℞. *Pulp. passul.* ℥ß.
Res. Jalapp. gr. vj.
scamm. ♃*at.* gr. j.
♃ ⊕*lat.* vel ⊖*is digest. hypoch.*
vel ⊖*xci* gr. xij.
c. s. q. *syr. rosar. sol.* f. *Bolus*, S.

Purgier-Zucker auff einmahl.

Bolus purgans in hydrope:

℞. *pulp. tamarind.* ʒj.
extr. aloes gummos. gr. viij.
scamm. ♃*at.*
gummi de Peru à gr. ij.
℥ii *vitæ* gr. j.
M. f. Bolus.

Veteres quoque Bolos olim præscribebant purgantes, quorum corpus electuarium diaphœnicon, diacatholicon, &c. item pulpa cassiæ, ad ʒj admixto semine anisi, constituebat: verùm ejusmodi Boli propter nauseam & nimiam quantitatem non amplius sunt in usu.

Sic Bolus, ubi Theriaca pro corpore, sit sequens

Bolus in vomitu:

℞. *Ther. Andr.* ʒj.
subig. c. *syr.* e. g. *Acetos. citri*, S.

Anhaltende Lattwerg.

Bolus contra diarrhœam, natam ex nimio esu uvarum.

℞. *Theriac.* ʒj.
♃ *sigillat.* ʒß.
c. s. q. *succ.* vel syr. cydon. f. *Bolus*.

Bolus diaphoreticus febrilis expertus, sed nonnihil ingratus, ingruente paroxysmo assumendus:

℞. *Theriac. Androm.* scrup. ij. ad ʒj.
specif. febril. Croll. l. *Strobelb.* scrup. j. ad ʒß.
⊖*is card. bened.* scrup. ß.
destillat. caryophyll. gtt. ij.
c. *syr. de absinth.* vel *card. bened.* vel
flor. Tunic. f. *Bolus*, S.

Fieber-Lattwerge.

Bolus sudoriferus contra scabies.

℞. *Theriac. Andr.* vel *Rob Samb.* ℥j.
pulv. serpent. ℈j.
⊖ *ci* ℈ß.
c. s. q. Syr. Aurant. f. *Bolus*, S.
Schweiß-Zucker.

Alius:

℞. *Rob Sambuci* ℥j.
℥ii diaphor. ℈j.
⊖ *vol. viperar.* gr. vj.
c. s. q. Syr. de scabiosa f. Bolus,
S. ut anteà.

Bolus sudoriferus quocunque in casu.

℞. *Rob sambuci* ℥j.
℥ii diaphor. ℈j.
Extr. card. bened. gr. ij.
Syr. de fumar. simpl. q. s. f. Bolus, S.
Schweiß-treibende Lattwerge.

Basis est antimonium diaphoreticum: *stimulus* extractum cardui benedicti: *constituens* rob sambuci.

Bolus diaphoreticus.

℞. *Rob sambuc.* l. *junip.* ℥j. l. ℥ij.
C.C. s. △*e* ℈j.
℥ii diaphor. scrup. ß.
Extr. theriac. gr. iij.
c. s. q. syr. de Fumar. simpl. f. Bolus, S.
Schweiß-treibende Lattwerge.

Vel

℞. *Rob. samb.* ℥j.
C.C. s. △*e* scrup. j. ad ℥ß.
℥ii diaphor. gr. viij. ad scrup. ß.
Cinn. ℥*ii* gr. v. ad vj.
M. f. *Bolus*,
S. ut anteà.

Bolus vomitorius.

℞. *Rob juniperi* ℥ß.
℥i emet. gr. ij.
scamm. △*at.* gr. j.
c. s. q. *syr. cort. Aurant.* f. *Bolus.*

Bolus febrilis.

℞. *Extr. Cent. min.* ℥ß.
pulv. testar. conch. oblong.
⊖ *card. bened.*
cent. min. ana gr. viij.
c. *syr. de Absinth. Pont.* f. *Bolus*, S.
Fieber-Lattwerg auff einmahl.
Capiatur bihorio ante paroxysmum.

Ad Bolos etiam pertinet, quando ex Terebinthina, uti rectè habet *MORELLUS*, fit Bolus, idque imprimis in affectibus renum & vesicæ, in affectibus nephriticis, utpote in quibus terebinthina utramque facit paginam: sic v.g. *in exulceratione renum*, quæ est satis contumax, & periculosa, potest fieri talis *Bolus*:

℞. Terebinth. Venet. l. Cypr. ℥ij.
Trochisc. de Alkek. ℥ß.
c. s. q. sacchari propter saporem f. *Bolus*,
irroretur aliquot guttulis *Balsam.*
△*is terebinth.* s. *juniperin.* S.
Heilender Bolus zun Nieren.

MORELLUS vult, ut præscribatur Terebinthina lota: sed lotione ista magna vis terebinthinæ perit: vel etiam ex sola terebinthina cum saccharo permista in mortario potest fieri talis Bolus in affectibus nephriticis, in affectibus renum & vesicæ; cui tamen etiam alia addi possunt pro scopo.

Bolus contra affectus ab acrimonia urinæ, exulcerationem vesicæ, mictum cruentum, stranguriam, dysuriam & similes urinarios affectus, sit talis:

℞. *Terebinth. Venet.* ℥j.
Lapill. ♋. *præp.* scrup. ß.
c. s. q. *syr. de symph. Fernel.* f. *Bolus*,
irroretur cum ♁ *destillat. cort. aurantiorum*,
D. S.
Schmertz-stillender und Harntreibender Bolus.

ELECTUARIA.

Dictum superiùs, quod pulveres misti cum conservis pro una dosi constituant bolos; sub mole tamen majori, adeoque pro pluribus dosibus, cum pulveribus mistæ conservæ, constituant *Electuaria*, quibus pro re nata subinde vel Extracta, vel succi inspissati, vel Condita, item spiritus, similiaque nonnulla, pro circumstantiarum ratione, sed respectu baseos, item constituentis, in moderata dosi addi possunt: E.g. ad ℥ß recipiantur ℈ij vel ʒj præter propter pulveris, spiritus sive essentiæ liquidæ ℈ß, Confectionis ℥ß ad ℥j, & hac proportione subigantur pro pluribus dosibus cum syrupo appropriato in Electuarium. Quodsi addantur Condita, ℥j Conservarum respondeat ℥j ad ℥ij, præterpropter; & sic in reliquis. Unde Electuaria hæc Modernis κατ' ἐξοχὴν Condita audiunt: sicut à principali vel universali ingrediente, Opio, in schola Veterum vocantur Opiata; unde electuariorum usus erat nimis strictus; usurparunt enim tantùm pro scopo alexiterio sudorifero. Veterum autem ista Opiata, aut ad eorum similitudinem confecta alia, v.g. electuarium diascordii Fracastorii, Antidotus Matthioli, aut electuarium Orvietanum, Theriaca cœlestis Greisii, &c. ceu officinalia transeant.

In genere hic monendum:

1. *Proportio hæc Ingredientium observetur:* nam à *MORELLO* non ita observatur, utpote qui præscribit magnam dosin conservarum, & imminuit dosin aliorum ingredientium. Et quidem sub se invicem præscribuntur ingredientia, sicuti proportionem exhibui: primo loco ponuntur Conservæ, hinc Condita, postmodum Confectiones sive Electuaria officinalia: porrò Pulveres, tandem Essentiæ seu spiritus cum oleis & syrupis.
2. *Electuaria præscribuntur pro multis dosibus*, ut possit ad tempus continuari eorum usus; hinc facilè patet, quod non rectè præscribantur in morbis acutis, potius in morbis Chronicis, aut iis, qui convaluere ex morbis Chronicis, ubi tardius procedit natura; nam in acutis, ubi attendendus est naturæ motus, non solent præscribi.

Dosis est vel quantitas nucis castaneæ, vel juglandis & amplius, aut quantum binis ternisque cultri latioris cuspidibus capi potest, bis vel ter in die propinanda, tempore matutino jejuno stomacho, hora una ante prandium, & hora una ante cœnam, aut post cœnam sub introitum lecti.

Electuaria hæc sunt duplicia: vel *alterantia*, vel *purgantia.*

Alterantia, seu *Roborantia*, uti vocantur à *MORELLO*, ad varios scopos præscribuntur: sic v.g. præmissis universalibus ad alterandam massam sanguineam cachecticis: senibus præmissis universalibus ad curandam vel præservandam apoplexiam: præmissis universalibus præscribuntur in scirrho epatis vel lienis, & horum obstructione vel infarctu, ad aperiendam obstructionem, & discutiendam inflammationem: sic præmissis universalibus præscribuntur mulieribus, mensibus obstructis laborantibus, ut

corrigantur sensim massæ sanguineæ & uteri vitia, à quibus dependent obstructiones &c. Cùm verò præcipua ingredientia sint conservæ, confectiones, condita, syrupi, &c. & omnia hæc copiosissimo constent saccharo, quod quamplurimis subjectis est nocivum & contrarium; propterea talia electuaria non debent præscribi iis, qui laborant scorbuto, malo hypochondriaco & cruditate ventriculi acida, &c. quoniam talia subjecta ex usu sacchari in multa gravia incurrunt symptomata propter fermentationem, quam facit saccharum concurrens cum acido vitioso stomachi, uti *monui superius, ubi de saccharo.* Neq; possunt præscribi talia electuaria mulieribus suffocatione uterina laborantibus, aut saltem obnoxiis; quoniam tunc temporis dulcia talia non possunt ferre mulieres: & ego novi, quæ solam non potuerunt aquam subdulcem, imò ne passulam assumere, sine eo, ut non inciderint suffocationem hystericam. Unde talia nocent iis, qui non possunt ferre saccharum & dulcia; ut adeò probè sit dispiciendum; cuinam præscribat Medicus? & loco horum potiùs insistendum pulveribus alterantibus ad multas doses præscriptis.

Post assumptionem istius electuarii conveniens est, si hauriatur parvus potus vini, vel aliquot cochlearia jusculi assumantur, ut eluatur ex faucibus, & promptius dissolvatur in stomacho, & subigatur ab eodem, feliciusque promoveatur.

Res ut pateat, exemplo sit *Pulvis Cachecticus Quercetani*, vel suprà dictus, qui si sit nauseosus, *mutetur in Electuarium:*

℞. *Cons. fl. Anthos*
Salviæ ana ℥j.
pulv. cachect. ℥ß.
c. *Syr. cort. Aurant.* q. s.
f. *Electuarium*,
irrorandum sub mistura guttulis aliquot ℞ *destillati bacc. juniperi*,
D. S.

Eröffnende Lattwerge.

Ponam senem decrepitum conqueri de debilitate ventriculi, dolore compressivo stomachi post assumptum cibum, ructibus acidis, inflatione stomachi & murmure intestinorum, adeò ut manè surgens, etiam laboret vertigine, nec erectus stare possit; metuat propterea apoplexiam & epilepsiam, accedente simul cataracta & suffusione notha: Huic ego præscriberem electuarium, præmissis tamen universalibus, quod semper observandum est.

℞. *Cons. fl. Anthos.*
Euphras.
Lavend.
Menthæ ana ℥j.
Nuc. mosch. in Ind. condit.
Zingib. in Ind. cond. ana ℥vj.
Conf. alcherm. ℥iiß.
Anacard. ℥iß.
Ess. Melissæ
℘ *Ceras. nigr.* ana ℥ß.
Succin præpar. ℥ij.
pulv. sem. Anisi
Fœniculi.
Cardam.
Cubebar. ana ℥j.
Cinnam. el.
Galang.
Nuc. moschat.
Spec. diatrion piper. ana ℥ß.
℞ *destillat. nuc. moschat.* gtt. xv.
c. *Brod. rad. enulæ condit.*
f. *Electuarium.*

Dosis mane jejuno stomacho, hora una ante prandium, & sub introitum lecti, quantitas nucis juglandis ter in die.

Scopus est succurrere stomacho; capiti ratione vertiginis & imminentis apoplexiæ, cujus prodromus solet esse vertigo; & oculis in incipiente cataracta & suffusione notha. Unde conservæ partim sunt stomachicæ, ut conserva menthæ; partim cephalicæ, ut conserva anthos & lavendulæ; partim ophthalmicæ. Proportio ℥j conservarum respondent drachmæ tres conditorum, & sic porrò unciæ semis conservarum respondet drachma semis confectionum &c.

Electuarium stomachicum contra prostrationem appetitus ex aromaticis:

℞. *Cons. fl. Enul.*
Menthæ ana ℥j.
Zingib. in Ind. cond. ℥ß.
Conf. Alcherm.
Sem. Anisi
Fœniculi.
pulv. stomach. Birckm. ana ℥j.
Cinnam.
Galang.
Spec. diatr. piper. ana scrup. j.
c. *sacch.* & *brod. rad. enulæ*
f. *Electuarium*, D. S.

Magen-stärckender Zucker auff etliche mahl.

Alio modo:

℞. *Cons. Menthæ crispæ*
Absinth. Rom. ana ℥iß.
fl. Anthos ℥j.
rad. Cichor. condit. ℥ß.
rad. Acori cond. ℥iij. ad ℥ß.
Zingib. in Ind. cond. ℥ß.
pulv. zedoar. ℥iij. ad ℥ij.
Cinnam. ℥ij.
Caryophyll.
Zingib. ana ℥j.
c. s. q. *Syr. Menthæ*
f. l. a. *Electuarium*,
quod irroretur
c. ℞ *Ciri dulc.* aliquot guttis, S.

Magen-Lattwerge.

Aliter:

℞. *Cons. Menthæ crispæ* ℥ij.
Melissæ
fl. Anthos ana ℥j.
Zingib. in Ind. cond. ℥vj.
Theriac. Andr. ℥ij.
pulv. zedoar. ℥ß.
caryophyll.
cinnam. ana ℥j.
c. s. q. *Syr. Menthæ*
f. *Electuar.* D. S.

Erwärmende Magen-Lattwerge.

Vel:

℞. *Cons. Absinth. Pont.*
rad. Enulæ ana ℥ij.
zingib. condit. ℥vj.
Spec. diatr. piper. ℥iij.
℞ *Acri* ℥j.
c. s. q. *Syrup. Cydon.*
f. *Electuarium*,

in casu, quando stomachus est onustus muco viscido, crudo & pituitoso ad corrigendum tale impedimentum appetitus.

Ex

Ex acidis:

℞. *Conf. pulpæ Citri* ℥iß.
Menthæ ⊖*lat.* ℥j.
pulv. hepat. rub. ʒij.
∽ ⊖*is coag.* scrup. ij.
c. s. q. *Syr. cydonior. aromat.*
f. *Electuar.* D. S.
Magen-Lattwerge.

Electuarium Cephalicum pro senibus ad præservationem apoplexiæ:

℞. *Conf. fl. Anthos* l. *Conf. Alcherm.* ℥iß.
Nuc. Moschat. in Ind. cond. ʒiij.
∽ *cerasi nigr.*
Sem. Erucæ
Sinapi
Cumin.
Succin. præpar. ℥iß.
Cardamom.
Cubeb.
Cinnam. ana scrup. j.
c. s. q. *Syr. fl. Tunic.*
f. *Electuar.* D. S.
Haupt-stärckende Lattwerge.

Vel:

℞. *Conf. fl. Anthos*
Lavend.
Meliss. ana ℥j.
cort. Aurant. cond. ℥ß.
Sem. Erucæ
Sinapi ana ʒiij.
cardam.
cinnam.
cubebar.
⊖ *vol. succin.* ℞*s.* ana ʒj.
c. s. q. *Syr. fl. Tunic.*
f. Electuarium.

Vel:

℞. *Conf. fl. Anthos*
Spicæ ana ℥iß.
Rad. Acori veri cond. ʒiij.
Sem. Erucæ
Sinapi ana ʒij.
Corall. r. præpar. ʒj.
⊖ *vol. succini* ʒß.
c. s. q. *Conf. Alcherm.*
f. Electuarium.

Vel:

℞. *Conf. fl. Anthos* ℥ij.
zingib. cond. ʒß.
sem. erucæ
sinapi ana ʒij.
cardam.
cubebar. ana ʒß.
c. s. q. *Conf. Alcherm.* l. *Syr. fl. Tunic.*
f. Electuar.

Item:

℞. *Conf. fl. Tunic.* ℥ij.
Anthos
Menthæ ana ʒj.
zingib. in Ind. cond. ʒß.
sem. erucæ
sinapi ana ʒij.
corall. r. præpar.
succin. præpar.
⊖ *vol. succin.* ana ʒj.
cardamom. ℈ij.
caryophyll.
cinnam. ana ℈j.
o. s. q. ∽ *cerasi nigr.*
f. *Electuar.* D. S.
Haupt-stärckende Lattwerge.

Electuarium analepticum pro sene.

℞. *Conf. fol. Menthæ* ʒij.
zingib. in Ind. cond. ℥ß.
sem. erucæ
sinapi ana ʒij.
costi arom. veri ʒj.
ambræ
moschi ana gr. iij.
℞ *destillat. cinnam.* gtt. jv.
c. s. q. *Confect. Alcherm.* l. *Syr. fl. Tunic.*
M. f. *Electuarium.*

Aliud, quod B. *Doctor MICHAELIS* aliquando *sini* cuidam non sine judicio *pro analepsi* præscripsit.

℞. *Conf. fl. Anthos*
Salviæ
Conf. Alcherm. ʒj. ad ʒiß.
Ambr. gris. gr. v.
Moschi gr. iij.
Laud. opiat. gr. jß. ad gr. ij.
c. s. q. *Syr. fl. Tunic.* l. *rubi idæi*
f. *Electuarium.*
irroretur c. ▽ *cinnamomi* vel aliquot guttis ℞*i destillati cinnam.*
D. S.
Stärck-Lattwerg.

Electuarium contra dysenteriam.

℞. *Conf. Rosar. r.* ℥iij.
El. diascord. Frac. ℥vj.
Ess. cinnam. c. ▽ *Cis. par.* ℥iij.
Ras. priapi cetisubtiliss. pulveris. ʒß.
Troch. de Carabe ʒij.
Ossis sep. pulv.
Corall. r. præpar. ana ʒj.
Extr. rad. Torment. ʒß.
c. s. q. *succi Cydonior.* l. *Mivæ cydonior. aromatis.*
f. Electuarium.
Anhaltende und Schmertz-stillende Lattwerge.

de quo creberrimè pro lubitu æger capiat.

Electuarium præservativum in constitutione epidemica, v. g. *febrium malignarum* aut *pestis.*

℞. *Conf. fl. Anthos*
pulpæ citri
scordii ana ℥ij.
Theriac. ℥iß.
Bii diaphor ℥iij.
Terr. sigillat.
C. C. s. △*e* ʒij.
Bezoard. min. ℥iß.
Camph. ʒß.
f. Electuarium.
irroretur ℞ *pestilent. Heinisii*

Vel:

℞. *Conf. Scord.* ℥iij.
Theriac. Androm. ℥j.
pulv. Bezoard. compos. ʒß.
fl. △*is* ℥j.
Costi Arab. veri ʒj.
c. s. q. *Rob Juniperi*
f. Electuarium.

Electuarium assumendum semper *post sudorem* prolectum *in febribus malignis & pestilentialibus*, pro corroborandis viribus, & pro restituenda certa consistentia massæ sanguineæ, à sudore nimis dissolutæ. Hic attendenda

denda est malignitas, & conservanda massæ sanguineæ consistentia:

℞. *Cons. pulp. Citri* ℥j.
Acetosæ
Acetosellæ āā ℥ß.
Theriac. ℥ij.
El. diascord. Frac. ℥iß.
Ebor. s. Δe
Spec. diatrion santal.
℥ii diaphor. āā ℥j.
c. *syr. acetos. Citri*
f. *Electuarium*,
quod adspergatur
c. ℞ *fl. Aquileg.*
ad gratam & subtilem aciditatem.

Ingredientia partim sunt alexipharmaca, ut Theriaca, electuarium diascordii Fracastorii, antimonium diaphoreticum; partim quædam aciditate subtili coagulando massam sanguineam, eidem naturalem consistentiam restituunt, ut sunt conserva, electuarium diascordii Fracastorii, syrupus acetositatis Citri; quædam modicè præcipitant, ut species diatrion santalorum, ebur sine igne; Tinctura Aquilegiæ adspersa partim expellit malignitatem, partim ratione acoris massam sanguineam coagulat. Potuissem species diatrion santalorum & ebur sine igne ad ℥ij, & antimonium diaphoreticum ad ℥ß tantùm sumere, ne nimis foret diaphoreticum; item potuissem addere Ambram in substantia, vel Essentiam Ambræ pro virium corroboratione.

Electuarium antihypochondriacum.

℞. *Cons. Cochlear.*
Fumar. āā ℥ij.
Ebor. s. Δe ℥ij.
Corall. r. præp.
Lapill. ♋. præp. āā ℥j.
⊕li ♂is scrup. iv. ad ℥ij.
c. s. q. *Syr. Borrag.*
f. *Electuarium*, D. S.
Alteratif-Lattwerge.

Electuarium alterans contra scorbutum.

℞. *Cons. fol. Cochlear.* ℥iij.
testar. Conch. præpar.
Corall. r. præpar.
Ebor. s. Δe ana scrup. ij.
⊕li ♂is ad albed. calc. ℥iß.
c. *Syr. Cochleariæ*
f. *Electuarium.*

Loco vitrioli martis etiam *Extractum martis cum succo* vel *pomorum*, vel *acetosellæ*, vel *tamarindorum* ad ℥ij vel ℥ß recipi potest.

Electuarium, ut vocant, *refrigerans epar in variis*, h. e. temperans acre, imprimis illud acidum volatile, ex quo sub cute coërcko vari nascuntur.

℞. *Cons. Cochlear. rec.* ℥iß.
Nasturt. scrup. ij.
Dent. apri præpar.
Lapill. ♋. præp.
Unic. fossil. ana ℥j.
c. *Syr. de Cichor. & Portulac.*
f. *Electuarium.*

Vel: ℞. *Pulp. passul. min.* ℥iij.
Lapill. ♋. præpar. ℥iß. ad ℥iij.
c. s. q. *Syr. Cichor.*
f. *Electuarium.*

cui addi potest *Rhabarb. el.* ℥j. plus minus.

Electuarium stomachale sudoriferum Lui Veneræ convenientes.

℞. *Cons. Menthæ* ℥iij.
Extr. ligni Guaj. ℥ij.
Sassafr. ℥j.
Angelic.
Tormentill. ana ℥ß.
Bezoard. ⊙ar. ℥j.
c. s. q. *rob Juniperi*
f. *Electuar.* D. S.
Schweiß-treibende Lattwerge.

Electuarium in Hæmorrhagia narium habituali juniorum ex hypochondriis, &c.

℞. *Pulp. passul. min.* ℥. *Cons. ros. rubr.* ℥iij.
Extr. ♂is c. s. pom. ℥iß. ad ℥iij.
Rhabarb. el.
Corall. r. præp. ana ℥iß.
Ebor. s. Δe ℥j.
Dent. equi mar. ℥ß.
c. *Syr. rosar. rubr.*
f. *Electuar.* D. S.
Stillende Lattwerge.

Electuarium contra sputum cruentum.

℞. *Cons. Heder. terr.* ℥j.
rad. symph. ℥ß.
Extr. succos. Plantag. ℥iij.
Lap. Hæmat. præp. ℥iß.
Boli Arm. scrup. ij.
Masticis scrup. j.
Laud. opiat. gr. vj.
c. s. q. *Syr. de Symph.*
f. *Electuarium.*

Aliud:

℞. *Cons. Rosar. r.*
Scabios. ana ℥j.
Trochisc. de Carabe ℥ß.
Corall. r. præp. ℥j.
Lapill. ♋. præp. scrup. ij.
c. s. q. *Succ. Portulac.*
f. *Electuarium.*

Vel:

℞. *Cons. Heder. terr.*
Rosar. r. ana ℥iß.
Lap. Hæmatit. præp. ℥ij.
Corall. r. præp. ℥j.
♀ sigillat. scrup. ij.
Laud. ferment. gr. iij.
c. *Syr. diacod.* ℥. *papav. alb.*
f. *Electuarium.*

Electuarium temperans acrimoniam urinæ, simulque *diureticum in dysuria.*

℞. *Cons. fl. Cichor.*
Heder. terr. ana ℥ij.
Maxill. Lucii pisc.
Lapill. Percar. ana ℥iß.
Succin. præp. ℥j.
⊖ vol. Succin. scrup. ß. ad gr. xij.
c. *Syr. Papav. alb.* q. s.
M.

Vel:

℞. *Cons. Heder. terr.* ℥iß.
Rob Juniperi ℥j.
Sem. Hyperic.
Violar. ana ℥ij.
Lapill. præp. ♋. ℥j.
Ess. Opii ℥ß.
c. *Syr. de Alth. Fern.*
f. *Electuarium.*

Item:

℞. *Cons. Violar.* ℥iß.
Rob Juniperi ℥vj.

Sem.

Sem. Hyperic. ℥iij
Lapill. & præp. ℥j
Percar. præp. ℥ß
Land. opiat. gr. jß
c. *syr. scabios.*
f. *Electuarium.*

Electuarium ad cachexiam virginum, ubi simul menses suppressi, cum accedentibus non raro passionibus & torminibus quasi colicis:

℞. *Cons. fl. Anthos*
Calend.
Salviæ
Melissæ ana ℥vj
zingib. in Ind. cond. ℥iij ad ℥ß
cort. Aurant. condit.
citri cond. ana ℥j. ad ℥jß
Extr. ♂ c. s. pom. Borsd. ℥ß
pulv. cachect. ℥ij
Borrac. ℥j.
(ubi simul tormina quasi colica, loco pulveris cachectici & borracis recipi possunt: *Castor.* & *Asa fœtid.* ana ℥j. *succin. præp. Borrac.* ana ℈ij.)
spec. diasabinæ Mynsi. ℥j
Cinnamom.
Galang.
zedoar. ana ℈j. ad ℥ß
⊖ *vol C.C.*
succin. ana ℈j
ol. destillat. sabinæ ℈ß
c. l. q. *syr. de Hyssopo*
f. *Electuarium*, D.S.
Alterativ-Lattwerge.

In hoc Electuario *basis* sunt pulveres cum extracto martis: *adjuvans* oleum destillatum sabinæ; *constituens* conserva cum conditis: borrax additur propter menses.

Dosis est quantitas juglandis horâ ante prandium vel cœnam.

Notetur: salia volatilia solent raro ingredi Electuaria, propterea, quoniam facilè avolant; sed loco eorum assumuntur essentiæ vel spiritus.

Aliud:

℞. *Cons. fl. Anthos*
Salv. ana ℥j
pulv. Cachect. conjunctim l. Mag. ♂is
⊕ *lati* ℥ß
c. s. q. *syr. cort. Aurant.*
f. *Electuarium*,
quod irroretur aliquot gutt.
olei destillati baccij juniperi,
D.S.
Eröffnende Lattwerge.

Vel:

℞. *Cons. cochlear. rec.* ℥vj
Lapill. & præp.
Corall. r. præp.
Matr. perlar. præp.
⊕ *ºis ad phlegm. evaporat. calcin.*
ana ℥j
c. s. q. *syr. Cichorii*
f. *Electuarium.*

Electuarium chalybeatum contra obstructionem mensium:

℞. *Cons. Meliss.* ℥jß
Menthæ ℥vj
Limat. ♂is præpar. & ol. destillato Sabinæ parum impregnat. ℥iij
fulig. l. flor. ♃is ℥j
Borrac. Venet. ℥ß
Cinnam.
Galang.
zedoar. ana ℈j
c. s. q. *syr. Artemis.*
f. *Electuarium*, D.S.
Eröffnende Lattwerge.

Electuarium ad fluorem album.

℞. *Cons. fl. Anthos* ℥iij
Putam. Avell. pulver. ℥ß
Ras. eboris pulveris.
Mag. succin. c. ♈ par. ana ℥iij
Lap. osteocoll. ℥jß
c. s. q. *syr. rosar. r.*
f. *Electuarium*, D.S.
Dämpffende Lattwerge.

Electuarium stimulans venerem, sive virilem fortitudinem.

Hisce in formulis duo notanda sunt:
1. Ut recipiantur ingredientia genituram augentia; ut nuclei pini, amygdalæ dulces, &c.
2. Stimulantia: ut aromatica.

℞. *Cons. rad. Eryng.*
satyr. ana ℥ij
zingib. in Ind. cond. ℥vj
amygd. dulc. ambros. ℥j
conf. alcherm. ℥jß
pulv. sem. Erucæ
sinapi ana ℥iij
spec. diatrion. piper. ℥ij
c. s. q. *syr. rad. Ennul.*
f. *Electuarium.*

℞. *Cons. rad. Eryng.*
satyr. ana ℥iij
cort. citri cond.
zingib. in Ind. cond. ana ℥ß
amygd. dulc.
nucl. pin.
pistac. ana ℥iij
sem. Erucæ
sinapi ana ℥jß
cubebar.
Galang.
Piper. albi ana ℥j
ol. destillat. caryophyll. ℈ß
c. *Brod. zingib. cond.*
f. *Electuarium*,
quod irroretur largiter
cum *spiritu formicarum*
D. S.
Stärck-Lattwerge.

Vel: ℞. *Cons. fl. Anthos* ℥ij
rad. Eryng. cond. ℥ß ad ℥vj
amygd. dulc. ambr. ℥jß
ess. satyr. ℥iij
cubebar.
galang. ana ℥ß
macis ℈j
c. s. q. *Conf. Alcherm.*
f. *Electuarium.*

Interdum sine conservis, pulveres solo syrupo convenienti excipiuntur, aut cum rob sambuci subiguntur, & hoc in compositionibus quasi theriacalibus, loco veterum mellis, quibus tamen aliquid fluidi pro meliori miscela affundendum. E. g.

Electuarium contra nimium mensium fluxum.

℞. *Sem. Plantag.* ℥iij
Boli Armen.
Corall. r. præpar.
Hæmatit. præpar.
Unic. veri præp. ana ℥jß

Alum.

Alum. crudi ℈ij.
Laud. opiat. gr. v.
c. *syr. Plantag.*
f. *Electuar.* D.S.

Anhaltende Lattwerge.

Electuarii sine pulveribus exemplum sit:

Electuarium roborans post nimium sudorem in febre maligna. ℞. *Conf. acetosell.*
pulpæ citri āā ℥j
fl. tunic. ℥ß
Robi ribium ℥ß ad ℥vj
Conf. alcherm. à ℥j ad ℥iß l. ℥ij
c. s. q. *acetos. citri* l. *rubi idei*
f. *Electuar.* S.

Stärck- und Kühl-Lattwerge.

Quoad Electuaria purgantia: ita dicuntur, quæ lentè ac sensim, & quasi per epicrasin, uti vocant, evacuare debent: quæ purgatio cum debeat fieri sensim, & nihilominus non pro una vice præscribuntur electuaria, propterea observetur accuratè dosis ingredientium in præscribendis electuariis purgantibus: sic v. g. si sit præscribendum Electuarium purgans pro decem dosibus, accuratè supputanda sunt ingredientia, ne vel deficiamus vel excedamus in dosi.

Ceterùm cum Electuaria purgantia ex modernorũ præscripto constent ex certis pulveribus, qui permiscentur cum aliis alterantibus, & periculum sit, ut in ista mistura inæqualiter dispergatur pulvis, ne in uno loco sit plus de pulvere purgante, in altero minus, adeò ut unâ vice assumatur medicamentum alterans pro purgante, & sic nihil perficiatur: propterea electuaria purgantia ferè in desuetudinem abierunt propter incertitudinem doseos, & consequenter operationis. Prostant quidem talia, sed propter purgantium horridum saporem usurpari nequeunt, cum dosis quoq; ad ℥j extendatur, nec tàm accuratè observari possit: quin apud nos in usu solent esse pilulæ usuales, quæ sufficienti numero præscribuntur, ne talis defraudatio sit metuenda; sicut etiam loco talium electuariorum in officinis vel passularum laxativarum, vel prunorum, præsertim ad *TIMÆI* imitationem præparatorum, item cydoniati laxativi, conservæ rosarum vel violarum laxativæ cum manna *TIMÆI*, & similis compositionum usus invaluit, quæ pro una vice determinata dosi optimè assumuntur: de *quibus superiùs suo loco dictum*, ut & Præparationes insinuatæ. *Dosis* variat pro varietate compositionis: ordinariè ℥ß vix solent excedere; possunt tamen in gravidis, hypochondriacis &c. usurpari.

Nihilominus cum ægri requirant sæpiùs electuaria, propterea vario modo præscripserunt veteres. Itali & Galli utuntur electuariis officinalibus, propter quos etiã *AUTOR* apposuit dosin: sin verò ex nostro modo præscribantur electuaria purgantia, fiunt isti ex præscripto nostro simul additis conservis, pulveribus purgantibus: Imprimis loco conservæ assumitur pulpa tamarindorum, vel in delicatulis pulpa passularũ, quæ est elegantis gustus, & suaviter laxat. Sit e.g. *formula Electuarii purgantis* pro 4. dosibus talis:

℞. *Conf. Menthæ* (ne noceat stomacho) ℥j.
Pulp. Tamarind.
Rob Passular. āā ℥ß.

(quando volo, ut purgare debeat blandè sine torminibus & motu magno, adderem *Theriacam*, quia vis opii sisteret efficienem purgandi vim, vel adderem *electuarium diascordii Fracastorii*)

Crem. ♃ ℥j, vel ♃ ⊕ *lat.* ℥ß.

(propter gravitatem enim gustus, & nauseabundum saporem, non possumus tantum præscribere de tartaro vitriolato, quantum de cremore tartari)

Mechoacann. alb.
Rhabarb el. āā ℥ß
pis *præp. cathol. purg.*
Cinnam.
~~*Salinga*~~ galanga
Macis ana ℈j
c. s. q. *syr. cichor. c. Rhabarb.*
vel *syr. de pom. Reg. Saboris*
f. *Electuarium.* D.S.

Purgier-Lattwerge auff 4. mal.

Basin constituunt purgantia, pulvis catholicus, rhabarbarum electum, mechoacanna cum pulpa tamarindorum & rob passularum: Cremor tartari sive tartarus vitriolatus est *digestivum: corrigentia* sunt cinnamomum, galanga, macis, ne noceant pulveres, aut si noceant, ut possint nocumenta resarcire: *adjuvans* est syrupus de cichorio cum rhabarbaro.

Dabo aliam formulam: Ponam *infantem* delicatulum quatuor annorum *laborare vermibus*; huic ego præscriberem *Electuarium* pro 4. dosibus hoc modo:

℞. *Conf. fl. Persic.*
scord. ana ℥iij
Nuc. jugland. condit. ℥j l. ℥jß
præp. sem. Santon.
C. C. usti præp. ana ℥ß
spec. diaturb. c. rhab. ℥ß vel ℈ij
♀ *dulc.* gr. xv
c. s. q. *syr. flor. Persic.*
f. Electuarium.

Basin hujus constituunt species diaturbith cum Rhabarbaro ad ℈ij. Amara, aliàs vermibus inimica, non possunt addi propterea, quoniam, uti præsuppono, infans est delicatulus.

Moneo hic:

1. Assumendum hoc esse electuarium in cochleari ligneo propter Mercurium, qui metallico adhæret.
2. Eluendum esse os infantis post usum, quoniam ♀ est inimicus dentibus & gingivis, quibus solet inducere cariem & exulcerationem, ut atomi mercuriales, si quæ restitant, eluantur & abstergantur.

Electuarium laxativum in malo hypochondriaco, aliisque affectibus chronicis.

℞. *Pulp.* vel *rob passul.*
pomor. Borsdorff. ana ℥vj
præp. senn. Montagn. ℥iij
♃ ⊕ *lat.* ℥ß
c. s. q. *syr. de pom. laxat.*
f. *Electuarium*,
quod irroretur c. *oleo destill. anisi*,
D. S.

Laxier-Lattwerge.

Electuarium laxativum antipodagricum.

℞. *Conf. fl. Anthos*
Chamædr.
Chamæpit. ana ℥ß
(vel horum loco *pulp. passular.*)
præp. antipodagr. purg. Parac. ℥jß
Res. Jalappæ gr. jx
c. *syr. de Betonica*
f. l. a. *Electuarium*, D.S.

Purgierende Glieder-Lattwerge.

Pertinet huc elegantis compositionis electuaria purgantia, tam *Cholagogum*, quam *Hydragogum SYLVII l. 1. Prax. cap. 2. § 46. & c. 7. § 55.* quæ facilè pro dispensatione ordinaria in officinis præparari possint.

Interdũ etiam electuariis purgantibus commodè solent permisceri Extracta purgantia. Ut ergò pateat modus: ponam, me velle præscribere purgationem labo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1314-2 DFG

laboranti febre tertiana intermittente; quoniam verò æger sit delicatulus, nec adsuetus purgantibus fortioribus, propterea per epicrasin tribus vicibus purgandus, idque semper die intermissionis. Præscriberem ergò talem formulam:

℞. *Cons. fl. Cichor.* ℥j.
Pulp. Tamarind. ℥ß.

(est acida & suavis saporis, & bene permiscetur aliis purgantibus, ut obtundat eorum acrimoniam, sed non est integra dosis; potest enim ferè dari ad ℥j.)

Extr. cholag. querc. ℈j.
panchym. Croll.
pulv. cathol. purg. āā gr. xv.
scammon. rosat. gr. iij.
c. s. q. *syr. acetos. citri* pro gratia saporis
f. *Electuarium.*
℞ *fl. bellidis* aliquot gutt. irrorandum.

Potuissem addere *cremoris tartari* ℥ß pro digestivo: sed præsuppono, jam præcessisse digestivum.

Electuarium contra alvum nimis obstructam.

℞. *Pulp. passul.* ℥iß.
Arcan duplic. l. ♀i ⊕*lat.* ℥iß.
Extr. troch. alhand. gr. iij.
c. s. q. *syr. pomor.*
f. *Electuarium.*

Electuarium apophlegmatizans.

℞ *Mastich. el.* ℥ij.
rad. Pyrethri ℥j.
sem. sinapi
Cardamom.
Cubebar. ana scrup. j.
c. *Rob passular.* l. *Mell. anthos.* l. *Melle Anacard.* (quod est valde acre) q. s.
f. *Electuarium.* D. S.

Lattwerg im Mund zu halten auff etliche mahl.

Hic est modus præscribendi Electuaria purgantia magistralia, quæ quidem rarissimè apud nos præscribuntur: sicut & electuaria officinalia ex modo Italorum, & veterum non solent amplius præscribi.

ROTULÆ.

Electuariis cognatæ sunt Rotulæ, seu ut aliis audiunt, Tessellæ, & Morselli sive Morsuli, adeoq; sunt quasi Electuaria solida, in gratiam puerorum ac delicatorum excogitata, ubi scilicet à sacchari dulcedine decipiuntur, ne saporem medicamenti ingratum percipiant. Nimirum pulveres loco constituentis consistentiæ mediæ, saccharo excepti nunc in rotulas, nunc in morsulos compingi possunt. Differentia est tantùm in figura externa, ingredientia & componendi modus est idem, utut in leviorbus quibusdam differant rotulæ à tabulis sive morsulis. Rotulæ in specie sunt parvi orbiculi, & simpliciter præscribuntur ex pulveribus, saccharo dissoluto & rursus inspissato exceptis.

Modus præscribendi hic est:

℞. Pulv. p. j.
sacch. p. iij. l. jv. ad vj.

prout potentiores aut mitiores effectu Medico rotulas expetimus.

Saccharum dissolvitur in aqua appropriata, & inspissatur in consistentiam debitam; hinc cum pistillo quodam ligneo admiscentur pulveres agitando, & in tabulam cupream aut marmoream quasi guttatim effunduntur in rotulas, quæ subinde unâ alterâve guttâ olei cujusdam destillati aut suavioris essentiæ aromaticæ irrorantur. Interdum etiam præter pulveres Extracta gratiora, confectiones, olea destillata & similia, proportionatâ dosi addi possunt: sic ex solis oleis destillatis cum saccharo, loco eleosaccharorum quibusdam usitatorum, *Rotulas carminativas* præparat *MYNSICHTHIUS Armament. sect. 7. p. 163.* Ultra ℥ij vel ℥iiß ad ℥iij non solent præscribi.

Usus earum est internus, isq; alterativus, cùm solutivus ferè in desuetudinem abierit: imprimis in affectibus faucium & asperæ arteriæ, tussi & aliis affectibus pectoralibus, à lympha acriori ortis, præscribi solent, ut demulceant fauces, dum in ore detentæ successivè liquescunt. Quodsi præterea pro aliis scopis ordinantur, crebrius masticandæ & deglutiendæ veniunt.

Sic v. g. tales *Rotulæ contra catarrhos salsos*, aut ex lympha acri acida, fauces & pectus infestante, possunt præscribi tales:

℞. *Sem. Papav. alb.*
G. Arabic.
Thuris ana ℥j.
Benzoës ℈ij.
c. s. q. *sacchar. in Emulf. sem. 4. frig. maj. dissolut.* f. *Rotulæ.*
adspergendæ *oleo destillato Anisi.*

Vel: ℞. *fl.* ♃*is* ℥j.
Benzoës.
Succin. præpar. ana ℥ß.
G. Arabic.
Thuris āā ℈j.
Extr. Croci ℈ß.
Laud. opiat. gr. iij.
c. s. q. *sacchari*, v. g. ℥j. ad ℥iß. *in* ▽ *Fœnicul. soluti.* f. l. a. *Rotulæ*,
adspergantur ♁ *destillato Anisi*
D.

Fluß-Küchlein.

Aliter:

℞. *Spec. diatrag. frig.* ℥ß.
℥ii *diaphor.*
flor. ♃*is* ana ℥ß.
Benzoës
succin. præp. ana ℈j.
Extr. Croci ℈ß.
c. *sacch. alb in* ▽ *fœnic. solut.* ℥j.
f. l. a. *Rotulæ*,
adspergend. ♁ *destillat. Anis.* gtt. vj.

Item:

℞. *Rad. Ireos Flor.* ℥j.
Benz.
Extr. rad. Angel.
Enul. ana ℥iß.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *scabios. sol.* f. *Rotulæ:*
adsperg. *Balsamo* ♃*is anis.*
D. S.

Brust-Küchlein.

Vel:

℞. *Spec. diatrag. frig.* ℥iij.
G. Arab. ℥j.
Laud. opiat. gr. v.
c. s. q. *sacchar. in Emulf. Papav. alb. sol.*
f. *Rotulæ.*

Rotulæ contra tussim siccam.

℞. *Succ. Liquirit. in* ▽ *Hyssopi sol. & insp.*
Extr. enul. ana ℥j.
fl. ♃*is* ℈ij.
Benz. ℈j.
Extr. Croci Orient. ℈ß.
Balsam Peruv.
Balsam. ♃*is*
♁ *destillat. Anis.* ana gtt. xv.
c. s. q. *sacchar. in* ▽ *fœnic. & hyss. sol.*
f. l. a. *Rotulæ*, D. S.

Hust-Küchlein.

Rotulæ contra tussim siccam nocturnam, faucium asperitatem, conceptam earum phlogosin, &c.

℞. *Spec. diaIreos usit.* ℥iij.
Boli Arm. prap. ℥j.
succ. Glycyrrhiz. ʒß.
c. *sacchari* ℥iij. l. jv. *in* ▽ *fl. papav. errat. solut.*
f. *Rotulæ*, D. S.

Hust-Küchlein.

Conferantur hic *Rotulæ Sylvii l.1. Praxeos c.20. §.37.*

Rotulæ contra tussim, oriundam à materia viscida in stomacho, expectorantes.

℞. *Spec. diaIreos* ℥ij
rad. Ari acr. ℥j.
c. s. q. *sacchar. in* ▽ *scabios. sol.*
f. *Rotulæ*,
adspergendæ ♁ *destillato anisi.*

Vel:

℞. *Rad. Ari acerr. non prap.* ℥ij.
spec. diaIr. ℥j.
Extr. zedoar. ʒß.
(vel *Extr. Enula* ʒß. & *Extr. zedoar.* gr. iij.)
c. s. q. *sacch. in* ▽ *scabios. l. Menth sol.*
f. Rotulæ,
adspergendæ *ol. destillat. fœnicul.*
S.

Hust-Küchlein.

Vel:

℞. *Rad. Ari non prap.* ℥iß.
G. ✱ci in ✝ *sol.*
Mastich. ana scrup. j.
♀i ⊕*lat.* ʒß.
c. s. q. sacch. in ▽ Menthæ dissol. f. *Rotulæ.*

Rotulæ pectorales contra Phthisin.

℞. *Rad. Ireos Flor.* ℥ij.
Antihect. Poter. ℥j.
Benzoës
Mastich.
Thuris ana ʒß.
c. s. q. *sacch. in decoct. Liquirit. solut.*
f. *Rotulæ*
adsperg. c. *Bals.* ♃*is anisato.*

℞. *Rad. Ireos Flor.* ℥iß.
Antihect. Poter.
fl. ♃*is* ana ℥j.
Benzoës ʒß.
c. *sacch. in* ▽ *scabios. sol.* q. s. f. *Rotulæ*,
D. S.

Brust-Küchlein.

Vel:

℞. *Rad. Glycyrrhiz.* ℥ij.
Ireos Flor.
symph. maj. ana ℥j.
Amygd. dulc.
Nuc. pin.
pistac. ana ʒß.
Benzoës
Terebinth. coct. ana scrup. j.
c. s. q. *sacch in* ▽ *scabios. sol.* f. *Rotulæ.*

Item:

℞. *Bals.* ♃*is anis.*
terebinth. ana ℥j.
excipiantur s. q. *Conserva scabiosæ*,
& c. s. q. *sacch. in* ▽ *fœnic. sol.* f. *Rotulæ* vel *Morsuli.*

Rotulæ Bibitoriæ quibusdam dictæ.

℞. *Sem. Coriandr.* ʒß.
Anisi,
Carvi,
Fœnic.
Petrosel. ana ʒij.
Nuc. moschat. scrup. jv.
Cardamom.
Caryophyll.
Cubebar.
Macis
zingib. ana scrup. ij.
Piper. albi
longi ana ʒß.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *carmin. Dorner sol.*
f. *Rotulæ*, D. S.

Magen-Küchlein.

Rotulæ stomachico-cephalicæ, omni mane in ore detinendæ.

℞. *Rad. Acori veri*
Ari ana ʒiß.
Galang.
zedoar. ana ʒj.
Cinnam acerr.
Nuc. moschat. ana ʒß. ad ℈ij.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *Anisi sol.* f. l. a. *Rotulæ*,
adspergantur cum ♁ *destillat. Lavend.*
D. S.

Magen-Küchlein.

Rotulæ contra inflationem ventriculi, ructus, item *colicam*, &c.

℞. *Spec diatrion piper.* ʒj.
Ebor. usti prap.
Corall. r. prap. ana ʒß.
Extr. Cort. Aurant.
Zedoar. ana ℈ß.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *fœnic. sol.* f. *Rotulæ:*
adspergendæ in fine
♁ *destillat. fœnic.*
macis ana gtt. jv.
D. S.

Zertheilende Küchlein.

Rotulæ contra Colicam:

℞. *Maxill. Lucii pisc.*
spec. diacumin. ana ʒj.
Extr. cort. Aurant.
zedoar. ana scrup. ß.
c. s. q. sacch. in ▽ carminat. sol. f. Rotulæ:
♁ *destillato Chamomillæ* irrorandæ.

Rotulæ confortantes.

℞. *Spec. diAmbr.*
diaMosch. dulc. ana ℥iß.
c. s. q. *sacch.* ad ℥iij *in* ▽ *ros. sol.* f. *Rotulæ:*
sub finem mixtionis addendo
Conf. Alcherm. ʒß. l. quantum potest.
irroretur ♁ *destillato Cinnam.*
D. S.

Stärckende Küchlein.

Simili quoque ratione Rotulæ parari solent sine pulveribus, ex solis vegetabilium succis acidulis cum saccharo; *hujus* ℔j addendo *succi* v. g. *citri, ribium*, &c. ℥iij præter propter, & solâ sacchari blanda solutione, sine ulla coctione, effundendo in rotulas. Hæ autem Rotulæ magis sunt officinales, quàm magistrales.

Interdum etiam *Rotulæ purgantes* præscribuntur: sed rarò; res enim suspecta est, quia sub distributione specierum variat dosis. Cui tamen delicatis admodum vel pueris lubet præscribere, hi methodo vel *SYLVII Prax. l. 1. c. 2. §. 44.* vel *TIMÆI Cas. pag. 427.* præscribi poterunt. In gratiam tamen Dnn. Auditorum aliquot dabo *exempla Rotularum* vel *Orbiculorum purgantium:*

℞. *pulv senn. Montagn.* ℥iij.
cathol. purg. ʒß.

Croc.

Croc. ♂is aperit.
♀ ☉*lat.* ana scrup. ij.
Spec. dianisi
diatrion piper. ana scrup. j.
c. s. q. sacchari f. l. a. *Orbiculi*
quorum dosis 10. 12. 15. prout magni vel parvi.

Rotula contra vermes latos scorbuticorum.
℞. *pulv. rad. Jalapp.* ʒj.
♃ii dulc. scrup. ij.
c. *sacch.* ℥ß. *in* ▽ *fl. Hyper. solut.*
f. *Rotula* pro trib. vel 4. dosibus.
D. S.

Purgier-Küchlein gegen die Würmer.

Rotula contra vermes puerorum.
℞. *Croc. ♂is per* ♆ *at. parat.*
Sem. Tanaceti ʒj.
zedoar pulveris. scrup. ij.
c. s. q *sacch. in* ▽ *fœnic. sol.* f. *Rotula.*
adspergendæ *oleo destillato succin.*
D. S.

Treibende Küchlein.

Sed, uti dictum, rarissimæ sunt hæ *Rotula purgantes.*

TROCHISCI.

Par præscribendi ratio est *Trochiscorum*, qui rarò quidem ex tempore præscribuntur, nisi in morbis contagiosis & epidemicis, catarrhis tenuibus, scorbuto & fœtore oris, sub lingua retinendo, donec colliquescant; & ideò Trochisci sublinguales vocari solent: Reliqui, certis intentionibus destinati, sunt officinales, nec apud nos hodiè usurpantur, nisi Trochisci de carabe, alhandal, &c. Constant pulveribus, qui cum mucilag. tragacanthi, gummi arabico, mucilag. radicis altheæ, &c. excipiuntur. Formantur in formam pilularum majorum, quæ asterisco aut aliis figuris signando in faciem seminis lupin. comprimuntur & rediguntur. e. g. sint præscribendi

Trochisci sublinguales contra fœtorem anhelitus.
℞. *Rad. Ireos Flor.*
Lapill. ♋ *præp.* ana ʒj.
♁ *Lacca* l. *Myrrh. elect.* ℈j. ad ʒß.
Moschi gr. v.
c. s. q. *mucil. Tragac. c.* ▽ *rosar. extr.*
f. *Trochisci sublinguales.* S.

Mund-Küchlein.

Alii *in scorbuto oris:*
℞. *lacca in granis* ʒij.
myrrha el. ʒj.
alum. usti ʒß.
ambra gris. jv.
c. ʒß. *gummi Arab.* in s. q. ▽ *salviæ*
solut. f. *Trochisci.*
D. S. ut anteà.

Trochisci in tussi sicca à lympha ⊖so, tenui, &c.
℞. *Succi liquirit. in* ▽ *fœnic.*
mastic. in granis
styrac. calam.
succ. albi præp.
fl. ♃*is* à ʒj.
laud. opiat. ferm. gr. vj.
c. pauxillo *mucil. trag.* f. *Trochisci sublinguales.*

Trochisci in Constitutione epidemica.
℞. ♃*ii diaphor.*
fl. ♃*is* ana ʒj.
Extr. theriacal. scrup. j.
c. s. q. *sacchari* & *mucil. Tragac.*
f. *Trochisci,*
irrorandi c. ♁ *destillato succini* l. *camphora*
D. S.

Præservatif-Küchlein.

Trochisci apophlegmatizantes.
℞. *Rad. Pyrethr.* ʒj.
Lil. convall.
sem. sinapi ana ʒß.
Cardamom.
Cubebar. ana scrup. ii.
c. s. q. *Mastich.* & *cera liquef.*
f. *Pastilli* s. *Trochisci mansiles,*
D. S.

Mund-Küchlein.

MORSULI.

Simillimi Rotulis sunt *Morsuli* sive *Tabellæ*, dum nempe pulveres, additis conservis & conditis, uti etiam amygdalis dulcibus, pineis, pistaciis, confectionibus officinalibus, aliisque, minore tamen dosi atque in electuariis fit, simili modo excipiuntur saccharo ad debitam consistentiam inspissato; quæ mixtura in formam oblongam, quadratam, planam, (in quem finem jam certæ capsulæ ligneæ aliæve fabricatæ sunt) redigitur, & ubi refrixerit, in tabulas quadratas quantitate ʒj vel ʒij discinditur: ita ut pulverum ʒj respondeant illorum ʒij ad quintuplum, sextuplum, imò octuplum sacchari. Morsuli communiter dicuntur, quia mordendo quasi assumuntur; item ob ingredientium identitatem Electuaria solida, aut confectio solida, ita à figura Tabellæ, appellantur. De cetero ut *Boli* cognati sunt Electuariis, ita Rotulæ Morsulis, & contra, item, ut Boli se habent ad Rotulas, ita Electuaria ad Morsulos, & contra. Res enim in fundamento est quasi eadem.

Usus eorum est saltem internus, isque alterativus, & potissimum confortativus, rarissimè aut nunquam hodie solutivus, ob rationes supra allegatas.

Compositio Magistralis talium Morsulorum sit verbi gratiâ hæc: dabo exemplum

Morsulorum præservativorum à dysenteria.
℞. *Conf. Menthæ*
Rosar. antiqu. ana ʒvj.
rad. Enul. cond.
Nuc. moschat. cond. ana ʒij.
Boli Armen.
♆ *sigillat.*
oss. human. calc.
♁ *dia. hor. ♂ial.*
Extr. rad. Torment. ana ʒj.
C. C. usti præp.
Crystall. calcin. ana scrup. ij.
sacch. ♄*ni* scrup. j.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *Plantag.*
f. l. a. *Morsuli,*
qui adspergantur *Balsam.* ♃*is terebinth.*
D. S.

Præservatif-Morsellen wider die rothe Ruhr.

Morsuli præservativi in peste, aliisq; morbis malignis.
℞. *pulv. fol. Card. bened.*
scordii
C. C. s. △*e*
♁*ii diaphor.* ana ʒij.
♆ *sigillat.*
Conf. Alchermes ana ʒj.
Theriac. Androm. ʒß.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *præservat. dissol.*
f. *Morsuli,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1317-9 DFG

irrorandi *oleo pestilentiali Heinisii.*
D. S.
Præservatif-Morsellen.

Vel:

℞. *Conf. pulpæ Citri* ℥j. l. ℥iß.
Theriac. Androm. ℥ß. ℥iij. ad ℥vj.
sigillat.
C.C. f. △*e*
℥ii diaphor. ana ℥ß.
c. s. q. *sacchar. in* ▽ *comm. l. scordii, l. theriacal. dissol. f. Morsuli,*
usus tempore irrorandi aliquot guttul. *olei pestilent. Heinisii,*
S.
Præservatif-Morsellen.

Item:

℞. *Elect. diascord. Fracast.* ℥vj.
fl. △*is* ℥iij.
sigillat.
C.C. f. △*e* ana ℥iß.
Bezoard. miner. ℥j.
sacch. ♄*ni* scrup. *ij.*
Camphor. ℥ß.
c. s. q. sacch. in ▽ Angel. solut. f. Morsuli,
irrorandi *oleo destillat. pestilent. Heinisii.*

Morsuli Catarrhales.

℞. *Conf. fl. Anthos.*
Beton.
Calend.
succin. præp. ana ℥ij. l. iij.
Myrrh. el. ℥ß. ad ℈j.
Benzoës
Thuris ana ℈ß. ad ℈j.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *serpilli solut.*
f. l. a. *Morsuli,*
irrorandi c. ℘ *pestilent. Heinisii.*
D. S.
Præservatif-Morsellen.

Morsuli contra sodam:

℞. *Spec. diacretæ Mynf.* ℥vj.
vel loco harum.
℞. *Cretæ præp.* ℥ij.
Nuc. moschat.
Ebor. usti præp. ana ℥j.
Unic. fossil.
Lapill. ♋ *præp.*
Corallior. præp. ana ℈ij.
c. *sacch.* ℥iv. l. vj. *in* ▽ *Portul. sol.*
f. *Morsuli*, D. S.
Dämpffende und kühlende Morsellen.

Quoad hos diacretæ morsulos annoto: quod pulvis ex latere intensiùs rubescente cum s. q. sacchari in morsulos redactus præstantissimum sodæ sit remedium; cui & aliquantulum macis aut nucis moschatæ addi potest. Vis hæc consistit in substantia martiali, unde color (etiam sublimando ab illo separabilis) in crocum potenter absorbentem per calcinationem ignis mutatâ: Vel

℞. *Cretæ pulveris.* aut *præp.* ℥ij.
Boli Armen. præp.
Lapill. ♋ *præp.* ana ℥j.
c. s. q. *sacchar. in* ▽ *Portul. sol.*
f. *Morsuli* l. etiam *Rotulæ.*

Morsuli stomachales.

℞. *Conf. Menth.* ℥ß.
rad. Acori cond. ℥ij.
zingib. condit. ℥j.
pulv. stomachal. Birckm. ℥ß.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *Menthæ sol.* f. *Morsuli,*
irrorandi ℘ *destillato Menthæ,*
D. S.
Magen-Morsellen.

Dosis: una devoretur continuato usu jejuno stomacho.

Vel:

℞. *Conf. fl. Anthos* l. *Menthæ* ℥ß.
Zingib. in Ind. cond. ℥ij.
spec. Imperator. ℥iij.
Extr. zedoar. ℥ß.
c. *sacchar.* ℥vij. *in* ▽ *fœnic. solut.*
f. *Morsuli*, D. S.
Magen-Morsellen.

Morsuli Cephalici in defectu spirituum animalium, eorundemque debilitate.

℞. *Conf. fl. Anthos* ℥ß.
Cort. Citri cond. ℥ij.
zingib. condit. ℥j.
Conf. alcherm. ℥iij.
Ambræ
Moschi ana gr. iij.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *Menthæ sol.* f. *Morsuli,* S.
Haupt-stärckende Morsellen.

Morsuli stomachico-cephalici, contra vertiginem & stomachum in senibus imbecillem.

℞. *Succin. præp.* ℥j.
Cardamom.
Cubebar. ana ℥iß.
Benz.
Zingib.
Cinnam.
Galang. ana ℥ß.
Spec. diatrion piper. ℈iv.
Pulverisata grosso modo redig.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *Lil. convall. solut.*
in *Morsellos*, D. S.
Haupt-stärckende Morsellen.

Vel:

℞. *Rad. Acori veri.*
Ari ana ℥ij.
Galang.
Zedoar. ana ℥iß.
Cinnam.
Zingib. ana ℥j.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *Cinnam. sol.* f. *Morsuli.*
℞. *Conf. Menthæ crisp.* ℥j.
Zingib. condit. ℥ß.
Rad. Ari ℥iij.
Galang.
Zedoar. ana ℥iß.
Cinnam. acerr. ℥j.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *Menth. solut.* f. *Morsuli,*
irrorandi c. ℘ *destillat. Acori veri & ligni sassafras.*

℞. *Conf. fl. anthos*
Nuc. Ind. cond. à ℥iij.
Galang. ℥iß.
sem. sinapi ℥ß.
caryophyll.
cardamom.
cinnam.
cost. Arab. veri
macis à ℥ij.
c. s. q. *sacch. in* ▽ *lavend. solut.* f. Morsuli.

circa

circa finem mixturæ immiſcendo
Ambræ
moſchi à c *ſacchari tritor.* gr. v.
conſpergantur c. ℞ *deſtillato cinnamomi*, l. *caryophyll.*

D. S.

Haupt-Morſellen.

Morſuli contra Cachexiam:
℞. *Rad. Ari acr. non prep.*
Extr. Abſinth. ana ʒß.
Corall. r. prep.
Matr. perlar. prep.
C. C. ſ. △e ana ʒß.
Caryophyll. ℈ij.
c. ſ. q. *ſacch. in* ▽ *Cochlear. ſol.*
f. Morſuli, D. S.

Wärmende Morſellen.

Et hi Morſuli ſunt pro ſcopo alterativo.

Morſuli purgantes ex iisdem fiunt ingredientibus atque alterantes, niſi quod addantur medicamenta purgantia: ſed rariſſimè præſcribuntur propter incertam doſin, & inæqualem proportionem purgantis. Ubi tamen tales præſcribere placuerit, hæc formula fortè uſu eſſe poterit pro una doſi:

℞. *Pulv. rad. Jalapp.* gr. xv.
mag. gummi de Peru gr. v.
extr. troch. alhand. gr. j.
ſacch. albiß in ▽ *menthæ ſolut.* ʒß.
f. l. a. *Morſulus*, S.

Purgier-Morſelle auff einmahl.

℞. *Conf. ſl. Tunic.* ʒj.
pulv. Jalapp. ℈j.
ſcamm. prep. gr. iij.
c. ſ. q. *ſacch. in* ▽ *Menthæ ſol.*
f. *Morſuli*, D. S.

Purgier-Morſellen.

℞. *Conf. ſl. Cichor.* ʒiij.
Rad. Cichor. cond. ʒij.
pulv. Cholagog. Querc. ʒiij.
ſcamm. ♃at. gr. xij.
c. ſ. q. *ſacch. in* ▽ *Menthaſol.* f. *Morſelli* pro trib. & 4. doſib. S.

Purgier-Morſellen auff drey- oder viermahl.

Morſuli purgantes pro virgine delicatula, laborante *apepſia & anorexia in morbo virgineo.*

℞. *Conf. Meliſſæ*
Menthæ ana ʒij.
ℨii diaphor. ♂ial. ʒiij.
Antophyll.
Cinnam.
Nuc. moſchat.
♃i ⊕lat. ana ʒiß.
Agar. trochiſcat. ʒj.
ſem. Aniſi ℈ij.
pulv. rad. Jalapp.
ſpec. diaturbith. c Rhab. ana ʒß.
c. *ſacchar.* ℥v. *in* ▽ *Hyſſopi ſol.*
f. *Morſuli*, quantitatis, ʒß.

Morſuli purgantes pro *cachectico delicato*, ſingulis ſeptimanis purgando, & pilulas uſuales reſpuente.

℞. *Conf. ſl. Cichor.*
Fumar.
Rad. Enul. cond. ana ʒij.
ℨii diaphor. ♂ial. ʒiß.
pulv. cathol. purg. ℈ij.
Rhabarb. elect.
♃i ⊕lat. ana ʒß.
Galang.
Macis,
Zingib.
ſcamm. roſat. ana ℈j.
c. *ſacchar.* ℥iv. *in* ▽ *fumar. ſolut.*
f. *Morſuli*, pondere ʒiij.

D. S.

Purgier-Morſellen 2. auff einmahl.

Cæterum hæ & ſimiles formulæ ſaccharatæ ſub hodierna Praxi multis ſuſpectæ ſunt propter ſaccharum, cujus nimia quantitas non æquè omnibus ægris convenit. Cum ergo hypochondriaci, ſcorbutici, cachectici, colici, hyſtericæ, &c. horreant ſaccharum, quia ab eodem læduntur; item cùm ſaccharum non æquè conveniat ſtomacho, cùm turbet ſtomachum, & apepſiam inferat, & ſic fermentando & aceſcendo, mucaginisq; tenacioris forma adhærendo, quibusvis in chronicis morbis ſymptomata aut exacerbare, aut magis complicare, aut morbum ipſum procraſtinare ſolear, hinc rariùs præſcribi ſolent hæ ipſæ formulæ. Crebrior adeoq; ſacchari uſus ut non convenit ventriculo, Autore *HELMONTIO Diſpenſ. Med.* §. 30. & 57. ita ceu perquam noxium pulmoni notatur à *GARENZIER de Tabe Angl. pag.* 95. & 99. adeoque à crebriori ejus uſu & præſcriptione ejusmodi Rotularum, Morſellorum & Electuariorum, in climate ægrisque noſtris meritò abſtinendum. Præferamus potius iis pulveres, tincturas, eſſentias, extracta, ſpiritus, & olea deſtillata; ſalia item tam volatilia, quàm fixa & ſimilia, ut in quibus ceu purioribus, efficacioribus, minus nauſeoſis & minus nocivis, vis medicamentoſa magis concentrata inest, & ſic tam minori ægri ventriculi labore ac tædio, majori verò cum euphoria, pro Praxi elegantiori adhibentur; v. g. loco morſellorum catarrhalium ſumatur oleoſaccharum ſuccini, vel tinctura ſaſſafrata, vel ſal volatile è ſuccino paratum: loco cujusdam ſtomachalis recipiatur Elixir proprietatis cum ſpiritu ſalis ammoniaci paratum: in affectibus catarrhalibus pilulæ cum opio è ſtyrace, quæ melius in parva doſi operantur. Iſtæ verò remediorum formulæ ſub tenebris ignoratæ pyrotechniæ natæ, pro blandimento potius palati ægrorum, poſt decocta iſta longa crebrius uſurpata hincque nauſeoſa, quam pro medicamento convenienti, ordinata fuerunt.

PANDALEON, MASSA PANIS & PINEOLATA.

Idem dicendum de Pineolato, Pandaleone & Maſſa Panis, quæ formulæ ferè inoleverunt, cum tabidi, hectici, phthiſici &c. reverà nil ſolaminis ex ejuſmodi remediorum formulis acquirant, quæ culinæ vel cupediarum artificibus potiùs relinquendæ. Ejusdem ferè miſturæ & uſus ſunt cum Morſellis. Hæc ſaltem differentia intercedit, quod Morſelli habeantur per ſe in forma præſcripta; hæc verò pyxidi induntur, ut cultro exſcindantur. In ſpecie *Pandaleon*, *Paſta regia* aliàs dicta (vocat *MORELLUS* Morſulos) eſt nihil aliud quàm Electuarium quoddam confectum ex *pulpa animalium*, aut ex *ſeminibus bene nutrientibus, ex amygdalis, pineis, piſtaceis*, & ſimilibus. Hæc enim inter ſe invicem bene miſta, & ſaccharo excepta, dant maſſam, quam vocamus *Paſtam regiam*. Vocatur etiam aliàs *Paſta analeptica*. Ex carnibus verò animalium uſitatè ſumuntur carnes cancrorum fluviatilium, item interdum carnes caponum & perdicum; quibus additur interdum Electuarium reſumptivum officinale; aut ſpiritus pro Electuario reſumptivo.

Uſu horum fuit in emaciatis, quoniam ſemina, item amygdalæ, pineæ, piſtaciæ, &c. bene

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1319-3 DFG

nutriunt. Usurpababantur etiam Hecticis, item in Phthisicis, & similibus aliis affectibus. Rarissimè nobis in usu sunt. *Exemplum* tamen talis *Pandalei*, jam verò non amplius ulitati, sit tale:

℞. *Carn. ⊖ suviat.* ℥j.
Amygd. dulc. ambros. ℥ß.
Nucl. pini
pistac. ana ℥ij.
sem. Papav. albi ℥ij.
4. frig. maj. ana ℥ß.
c. s. q. *sacch. in decoct. Liquirit. solut.*
f. l. a. *Pasta*, D. S.

Stärckende Lattwerge/ Morselle oder Zucker.

Dosis ℥ß, ℥j vel ℥iß, pro ratione circumstantiarum.

Sit porro *Pandaleon Pectorale* pro scopo alterandi contra *affectus catarrhales chronicos*:

℞. *Cons. fl. Ennla*
Hyssopi ana ℥iij.
spec. diair. ℥iß.
Antihect. Poter.
flor. ♃is ana ℥j.
Benzoës scrup. ij.
c. s. q. *sacchari in ▽ Hyssopi sol.*
f. l. a. *Pasta*,

quæ includatur pyxidi, S.

Vermischter Brust-Zucker.

Vicina est Pandaleo Massa panis, & Pineolatum.

Massa panis, der Marcipan/ fit ex *amygdalis dulcibus excorticatis*, & ex *saccharo*: *Amygdalæ dulces excorticatæ* & contusæ permiscentur cum *saccharo*: adduntur interdum *Pistacia* pro gratia saporis. Et sicuti ex amygdalis & saccharo materia, vocatur *massa panis*, ita ex pineis & saccharo massa vocatur *Pineolatum*: *Massa panis exemplum* sit in *atrophia, Hectica, &c.*

℞. *Amygd. dulc. Ambros. rec. exc.* ℥ij.
Nucl. pini rec. ℥j.
sem. Melon. ℥ij.
Papav. alb. ℥ij.
c. s. q. *sacchari in ▽ rosar. sol.* torreantur in *Panem Martium*, S.

Kuhl- und Stärck-Marcipan.

Quidam etiam prò fallendis infantibus *Panes Martios purgantes* faciunt, addendo quædam appropriata: sed necesse est, ut sint talia vel coloris albi, vel insipida, vel saporis non nauseabundi: imprimis additur *massa panis* ℥ß *radicis mechoacannæ* ℥j vel ℈jv, quæ est alba, & ferè insipida, & medicamentum bonum & blandm, valdè conveniens in abstergendis intestinis infantulorum.

D. S.

Purgierender oder Laxierender Marcipan.

In ditioribus potest loco sacchari communis sumi *saccharum rosatum tabulatum*, vel *rotula manus Christi perlata*, quoniam hæ sunt gratioris saporis non tantùm, sed etiam gravioris pretii: adspergi potest *pulvis cinnamomi, anisi*, &c. ad inhibenda tormina infantum pro re nata. Sed rari sunt usus, nisi in tali casu, ubi volumus purgare infantulos nimis delicatos.

Pineolata sunt similia massæ panis. Veteres iis usi fuerunt in tabidis, hecticis, phthisicis, & atrophiâ detentis.

CAP. II.

PILULÆ seu *CATAPOTIA.*

Pilulæ sunt forma remedii, ita dictæ à figura, quæ repræsentat parvam pilam; Græcè dicuntur *Catapotia*, ab assumendi modo, quæ duo nomina in Pharmacopoliis sunt usitatissima. Veterum sunt inventum, quò amarissima & ingratiora sua purgantia, ut aloën (apud illos quarumvis pilularum basin) scammonium & colocynthidem, propinando, eaque cruda, mellis ope palliata, palatum meliùs fallerent: Massam ita concinnatam ad ℥j ferè præscribebant, eamque in pilulas majores aliquot granorum, quinq; vel sex vel septem redactam, quales apud Belgas ferè adhuc in usu sunt, deglutiendas offerebant.

Verùm cùm Veterum massæ pilularum constent simplicibus crudis, adeoq; maxima illarum pars planè sit inepta & obsoleta, unde rariùs in usum vocantur; idcircò à nobis ex tempore componuntur aut ordinantur.

Præscribuntur autem pro vario scopo: purgandi & alterandi *Purgantes* sunt in duplici differentia; & vel *extraordinaria*, vel *ordinaria* seu *usuales* dicuntur. *Purgantes extraordinaria* tripliciter modo præscribuntur: vel enim

1. usitatiùs ex selectioribus quibusdam massis pilularum officinalibus veterum & recentiorum, additis consuetis stimulis scammonio & trochiscis alhandal, & interdum aliis appropriatis, mediante liquido, aqua spirituosa, oleoso, e. g. elixyr proprietatis, essentia fumariæ, catholica purgante, ℞ ♃, &c. præparandæ ordinantur; quibus etiam aliquod extractum, vel succus quidam dirigens, vel juvans, vel alio morbo appropriatus, additur; ita tamen, ut tota compositio à scrup. ß, gr. xv. vel scrup. j. ad ℥ß non extendatur, atque vix gr. j. attingant singulæ pilulæ; siquidem quo minores, eò gratiores, nisi ingredientia sub parva mole ponderosiora, ut mercurialia, majorem dosin admittant;

Vel

2. ex Extractis vegetabilium purgantibus, vel simplicibus vel compositis, e. g. extracto catholico purgante Andernaci, extracto panchymagogo Crollii & similibus, sed addito pro re nata extracto stimulante, vel alio stimulo convenientè, præscribuntur;

Vel

3. pulvis purgans recipitur, & cum vehiculo convenienti, additis stimulis convenientibus, in pilulas formatur.

Et præscribuntur vel pro una vel pluribus dosibus: ibi numero indefinito; hic verò pro dividendis dosibus benè determinato, ut sciant ægri, quantum sufficiat pro ana dosi. Pro gratia oculorum fiunt inauratæ vel inargentatæ, & præscribuntur: f. l. a. Pilulæ; Inaurentur: D. S. &c. Capiantur manè, quacunque ratione fieri potest, jejuno ventriculo, vel post haustum jusculum tenue. Credunt quidem non pauci, pilulas vesperi sumtas in affectibus capitis catarrhalibus faciliùs operari, quatenus ægro dormiente sub media ciborum coctione halitus suos in caput emitterent, &c. Verùm hoc nihil est, & vana persuasio, secessus enim isti, qui manè pilulas subsequuntur, sunt liquamen chyli corrupti. Unum adhuc moneo: Pilulæ melius præscribuntur subjectis magis succulentis seu phlegmaticis & magis chylosis, quales vocantur sanguinei & phlegmatici, quam cholericis ita dictis: Nam in his posterioribus parum vel nihil laxant, quibus econtrà conveniunt liquida purgantia, sub forma potionum propinata. Et quidem meliùs con-

conducunt pilulæ tempore vernali & æstivo, quàm tempore hyemali & autumnali, cum hisce temporibus potiones magis conveniant: item convenientes sunt pilulæ in evacuando ventriculo & intestinis, quam ubi opus est evacuare integram massam sanguineam: in hoc enim passu melius propinantur in forma liquida, item felicius conveniunt juvenibus succulentis, quàm hominib⁹ ætate confectis. Ratione temporis porrò quæritur: *an matutino potiùs quàm vespertino tempore pilulæ usurpandæ sint?* Dico: omnia purgantia & hinc pilulæ quoque usurpentur manè jejuno stomacho: brevi post capiatur vehiculum calidum, ut nonnihil diluatur remedium; & sic cum vehiculo calido adjuncto facilius operetur: subsequatur lenis deambulatio, quæ operationem promovet. Cane verò pejus & angue fugiatur gravior cura seu profundior meditatio; quia hæc operationem pilularum retardat, & parum vel nihil operantur, quin sæpe blandus sudor sequitur.

Jam ad exempla, & quidem ex massis officinalibus sint

Pilula Purgantes Catholicæ.

℞. *MP. de Amm. Querc.*
Hier. c. Agar. ana scrup. ß.
scamm. præp. gr. ij.
Troch. alhand. gr. j.
ol. destillat. macis gtt. j.
Cum *ess. g. ✱ci* f. *Pilulæ.*
D. S.
Purgier-Pillen auff einmahl.

Item:

℞. *Extr. cathol.*
♃ii dulc. à scrup. ß.
scamm. ♃at. gr. v.
Extr. troch. alhand. gr. ij.
c. *Elix. propr. sine acido* f. *Pilulæ.*
D. S.
Purgier-Pillen auff einmahl.

℞. *Extr. aloës gummi* scrup. ß.
mag. jalapp. gr. iv.
gummi de Peru gr. iij.
troch. alhand. gr. ij.
c. *Elix propr. c rhabarb.*
f. *Pilulæ*, S.
Purgier-Pillen auff einmahl.

Pilulæ emetico catharticæ ante paroxysmum intermittentium.

℞. *MP. detrib. Ruffi* gr. xv.
♃i emet. Mynsi.
scamm. præp ana gr. j.
Cum *Ess. Cent min.* f. *Pilulæ.*
D. S.
Eröffnende Fieber-Pillen.

Pilulæ stomachales, quando volumus ventriculum à copiosa saburra mucilaginis viscidæ, & intestina ab eadem mucilagine purgare.

℞. *MP. de Hier. c. Agar.* scrup. j, vel etiam gr. xv. tantùm (nam sunt satis fortes)
Extr. Absinthii (est egregium stomachicum, & facit liquescere mucilaginem viscidam) gr. vij. ad scrup. ß.
trochisc. alhand. (est stimulus, quoniam expurganda mucilago) gr. j.
Cum *Ess. mentha* (quæ etiam est stomachicum) f. *Pilulæ*,

quæ possunt adspergi odoris gratia gutt. una vel altera *olei destillati macis*, vel aliquot granis *pulveris cinnamomi.*

Pilulæ corrigentes cruditatem acidam:

℞. *MP. de Amm. Querc.* scrup. j.
Extr. ♂is c. succ. pom. scrup. ß.
troch. alhand. gr. ij.
ol. destillat. macis gtt. j.
Cum *ess. g. ✱ci* f. Pilulæ.
Deaurentur. D. S.
Magen-Pillen.

Pilulæ in cruditate pituitosa, pro scopo resolvendi pituitam.

℞. *extr. aloës gumm.*
g. ✱c. ✝ squillit. solut. & insp. à scrup. ß.
mag. g. guttæ
scamm. ♃at. à gr. iij.
extr. troch. alhand. gr. j.
c. *elix. propriet.* f. *Pilulæ*, S.
Zertheilende Purgier-Pillen auff einmahl.

Pilulæ purgantes *in juvene bilioso*, facileque hyperçatharsi obnoxio, *febre tertiana affecto.*

℞. *MP. de Amm. Querc.* gr. xv.
extr. absinth.
Card. bened. ana gr. iv.
⊕i ♃iat. gr. vj.
scamm. rosat. gr. j.
c. *succo citri* f. Pilulæ *minores.*

Pilulæ *contra* Paralysin.

℞. *MP. arthet.* scrup. j.
scamm. ♃at. gr. iij. l. jv.
Extr. troch. alhand. (sunt nil aliud, quàm Colocynth. pulveris.) gr. j.
c. *ess. salv.* f. Pilulæ,
D. S.
Purgier-Pillen.

Hic *basis* est massa pilularum arthriticarum, cujus dosis aliàs ad minimum scrup. ß, sed fastidiosa est dosis: Ergò *stimulantia* hic adduntur, ut eo minori quantitate præscribi possit.

Pilulæ *contra affectum Hypochondriacos.*

℞. *MP. de Amm. Quer.* scrup. j.
Extr. ♂is scrup. ß.
trochisc. alhand.
scamm. ♃at. ana gr. j.
Cum Ess. ♂is liquida f. Pilulæ.
D. S.
Laxier-Pillen.

Aliæ:

℞. *MP. ♃ear. Querc.* scrup. j.
⊕li ♂tis ad albed. cale. gr. v.
scamm. præp. gr. j.
Cum Ess. g. ✱ci f. Pilulæ
Capiantur bibendo desuper largum haustum calidum.

Pilulæ *splenetica* blandè laxantes.

℞. *MP. aloëphang. c. scamm.* gr. xv.
G. ✱ci c. ✝ sol. & insp. scrup. ß.
extr. troch. alhand. gr. ß. ad gr. j.
Cum ∼ *Cochlear.* f. Pilulæ.

Pilulæ *laxantes* & aperientes pro virgine *in mensium obstructione.*

℞. *MP. de hier. c. agar.* gr. xv.
extr. sabinæ gr. v.
troch. alhand. gr. j.
Cum ∇ *crocat.* f. Pilulæ.

Aliæ pro muliere, mensium suppressione, & ob id passione hysterica laborante, singulis 14. diebus repetendæ.

℞. *MP.*

℞. *MP aggregat.* ℥j.
Castor. ℥ß.
Myrrh. el. gr. xv.
Extr. troch. alhand. gr. vij.
Cum *Ess. splen. bovis l. menagog. f. Pilulæ* No. cxx.
Inaurandæ, vel *adspergendæ pulvere succini* vel *cinnamom.* quæ dicuntur uterinæ; vel *irrorentur* cum aliquot guttis *olei destillati Sabinæ*, quod fortiter menses ciet.

Hic observetur proportio: *Basis* est MP. aggregativarum ℥j. Jam dixi, quod ℈j sit dosis harum pilularum pro una vice, ut inde ℈jv essent assumendæ. Cæterùm sunt talia subjecta leniter purganda propter symptomata gravia concurrentia, propterea non integrum scrupulum, sed tantum gr. xv. huic basi, tanquam *dirigens*, additur castoreum in proportione dupla: additur myrrha, quæ etiam est egregium in his affectibus; sed quoniam est fortior castoreo, propterea adhibetur duplum castorei ad massam pilularum, & duplum myrrhæ ad castoreum: *Stimulus* sunt Extractum trochiscorum alhandal. Deberent quidem esse gr. jv. ut responderent basi: sed ratio, cur posuerim vij, est, quoniam massa pilularum non vehementer purgat.

Pilulæ laxantes contra obstructionem alvi in muliere hysterica.

℞. *MP de Ammon. Querc.* ℈j.
Extr. Castor. gr. iij.
Myrrhæ
scamm. ♃*at.* ana gr. j.
Cum *Essent. gran. Actes* f. *Pilulæ.*

Fortiora purgantia his non conveniunt; irritant enim crabones.

Pilulæ laxantes & simul *anodynæ in colica ex pituita vitrea.*

℞. *MP* ♄*ear.* gr. xv.
♀*ii dulc.* gr. viij.
scamm. ♃*at.*
Laud. opiat. ana gr. j.
ol. destillat. succ. gtt. ij.
Cum Ess. succini f. *Pilulæ*,
D. S.

Lindernde Pillen.

Purgare volo senem sexaginta annorum vertiginosum, qui mitiùs tractandus: imò senes raro vel nunquam sunt purgandi. Huic ergo præscribo has pilulas:

℞. *MP de succ. Crat.* (in hac nihil purgat nisi aloë, & possunt assumi hæ pilulæ sine forti purgatione) gr. xv.
Extract. l. succ. inspiss. Charefol. (specifici & appropriati in vertigine) ℈ß.
Succini præpar. (specifici in vertigine & apoplexia senum) gr. vj.
Scamm. rosat. gr. j. l. gr. iß.
℞ *destillat. succin.* gtt. ij.
Cum *Ess. succin.* f. Pilulæ No. 35.
D. S.

Laxier-Pillen zum Haupte.

Pilulæ contra affectus catarrhales laxantes.

℞. *MP. de succ. Crat.* scrup. j.
Extr. Rorismar. gr. iij.
Res. Jalapp. gr. ij.
Cum s.q. Essent. catarrhal. f. Pilulæ.

Sequitur nunc secundus modus præscribendi pilulas ex Extractis purgantium. Exemplum sit tale in affectibus biliosis:

℞. *Extr. Helleb nigri* scrup. j.
pulv. epat. r. l. crem. ♃*i* gr. vj.
scamm. ♃*at.* gr. ij. l. iij. (plus minus pro constitutione ægri)
Cum *Essent. Absinth.* l. *Cent. min.* f. *Pilulæ.*
D. S.

Gall auffführende Pillen.

℞. *Extr. panchym. Croll.* scrup. j.
formentur *pilulæ* pro 1. dosi.

Pilulæ stomachico-cephalicæ.

℞. *Extr. cathol. And.*
panchym. Croll. ana ℈ß.
Mastich.
succin. præp. ana gr. jv. l. v.
Extr. troch. alhand. gr. j.
Cum R ℥ii ♄*is.* f. *Pilulæ*,
D. S.

Purgier-Pillen auff einmahl.

Pilulæ purgantes contra deficientem stomachi digestionem ex copioso muco acido.

℞. *Extr. cathol.* gr. xv.
trochisc. alhand. gr. j. l. ij.
G. ✱*ci in* ✝ *sol.* gr. xij.
Cum s.q. *Elix. Propriet.* f. *Pilulæ*,
D. S.

Magen-Pillen.

Pilulæ antiscorbuticæ:

℞. *Extr. Helleb. nigr.* gr. xv. ad scrup. j.
G. ✱*ci in* ✝ *sol.* scrup. ss.
scamm. rosat. gr. ij.
Extr. troch. alhand. gr. j. ad ij.
Cum *Ess. Fumar. compos.* f. *Pilulæ minores*,
D. S.

Purgier-Pillen.

Ubi observandum, quod tres pilulæ constituant gr. j.

Pro purgandis humoribus melancholicis *in mania*, possunt fieri tales *pilulæ.*

℞. *Extr. Helleb. nigri* scrup. j.
♂*is aperit.* gr. viij. l. scrup. ß.
succ. fumar. insp. gr. v.
scamm. rosat. gr. j. l. ij.
Cum Ess. Fumar. comp. f. *Pilulæ*,
D. S.

Purgier-Pillen.

Pilulæ antivenereæ seu ad *Luem Gallicam*, *Gonorrhœam virulentam*, *scabiem*, &c.

℞. *Extr. panchym. Croll.* gr. xij. xv. ad scrup. j.
♀*ii dulc.* gr. xv. ad scrup. j.
Extr. troch. alhand. gr. ij. l. iij.
℞ *destillat. Guajac.* gtt. ij.
Cum *Ess. Lignor.* f. *Pilulæ*,
D. S.

Blut-reinigende Pillen.

Pilulæ Hydropicæ.

℞. *Extr. elater.* gr. xv.
troch. alhand. gr. j.
Res. Jalapp. gr. v.
℞ *destillat. bacc. Junip.* gtt. ij.
Cum *Ess. Absinth.* f. *Pilulæ*, S.

Purgier-Pillen.

Basis hic est composita, ex Extracto elaterii & resina jalappæ: *stimulans* est extractum trochiscorum alhandal.

Aliæ:

℞. *Extr. elater.*
panchym. Croll. āā scrup. ß.
♀*ii dulc.* gr. ix.
Res. Jalappæ gr. j.
Cum *Ess. Absinth.* f. Pilulæ,
D. S.

Abführende Pillen.

Vel:

Vel: ℞. *Extr. elater. ritè parat.* gr.xv.
troch. alhand. gr.j.
♃*ii vitæ* gr. ij. ad iij. vel hujus loco ♃*ii dulc. c.* ♃*io vitæ* ad imit. *Hartm.* ℈ß.
Cum *Ess. Absinth.* f. *Pilula*,
D. S.
Pillen.

Pilulæ laxantes in suffocatione hysterica.
℞. *G.* ✱*ci in* ✝*sol. & in*ß. gr.ix. ad xv.
Extr. Castor. gr.v.
troch. alhand. (est appropriatum remedium in passione hysterica) gr.j. ad iß. l. ij.
Cum *Ess salviæ Rorismar.* l. *Elixir. uterin. Croll.* f. *Pilula*,
D. S.
Eröffnende Pillen.

Hoc modo præscribuntur pilulæ ex extractis. Et quidem hæ pilulæ ex extractis præparatæ commendantur insigniter, & præferuntur iis, quæ fiunt ex massa pilularum. Ratio est hæc: In massis pilularum, ex veterum methodo præscriptis, purgantia omnia inexistunt cruda, & quorum malignitas non est correcta: Econtrà in his extractis purgantibus per extractionem, digestionem & præparationem, purgantium cruditas & malignitas infringitur & temperatur, & ita corrigitur; unde etiam non talia tormina & symptomata sequuntur pilulas ex extractis paratas, qualia solent sequi eas, quæ fiunt ex massis pilularum officinalium.

Adhuc notandum: quod Extracta purgantium resinosorum per ☿ extrahantur, quæ resina stomacho vel intestinorum parietibus adhærendo hypercatharses alias vè gravia mala excitare potest, uti hoc rectè attendit *ZWELFERUS Pharm. Reg. pag.* 35. Hoc ergo ne fiat, propterea horâ una vel altera post haustum pilularum purgantium ex extractis resinosis commodè dabitur jusculum salitum, vel etiam jusculum avenaceum, item jusculum pisorum, quoniam hæc abstergunt: vel assumitur cum jusculo quocunq; aliquantulum cremoris tartari, quoniam hæc, uti dixi, abstergunt intestina, in specie tartarus, & stimulant, ut promptius postmodum fiat ægri purgatio, id est, cacatio.

Hæ fuerunt pilulæ, quæ præscribuntur ex Extractis.

Interdum soli pulveres, vel assumptu ingratiores, vel periculosiores, debito corpore excepti, in pilulas compingi possunt, ut ex sequentibus pilulis videre est: v.g. sint præscribendæ

Pilulæ in cachexia.
℞. *pulv. Jalapp.* gr.xv.
♃*ii diaphor. Mial.* ℈ß.
Extr. troch. alhand. gr.j.
Cum s.q. *Extr. Helleb. nigr.* f. *Pilula*,
D. S.
Purgier-Pillen auff einmahl.

Extracto Hellebori nigri hæc excipiuntur, ut consistentia ejus crassior eò facilius absorbeat pulveres, in formam pilularum.

Pilulæ contra gonorrhœam inveteratam malignam, scabiem ferinam, guttam rosaceam contumacem &c.
℞. *Turbith. miner. Croll.* gr.v. ad vj.
c.s.q. *Theriacæ* f. *Pilula*,
D. S.
Sonderliche Pillen.
sed vix ordinantur, nisi pro robustioribus.

Pilulæ in desperata alvi obstructione.
℞. ☉*fulmin. c.* ✱*n* ♁✱*ci* ♃*at.* gr.vj. ad ℈ß.
c.s.q. *Extr. Helleb. nigri* f. *Pilula*,
D. S.
Eröffnende Pillen.

Atque tales sunt pilulæ, quas pro scopo sensiliùs commovendi corpus, & repetitis evacuandi vicibus, subinde sub morborum cursu, præscribere cogitur Medicus. Cogitur, dico, cùm speciosus purgationis titulus ingentem tegat imposturam, cum quævis, præsertim fortior, purgatio tantùm noceat, quantum prosit. Cùm verò in plurimis morbis chronicis, sub generali cachexiæ & affectus hypochondriaci & scorbuti titulo comprehensis, uti & iis, qui torminibus colicis obnoxii, quò & senes pertinent, qui non rarò laborant apepsiâ & bradipepsiâ, item in quibus metus est imminentis apoplexiæ, & similium affectuum, copiosior talis evacuatio ferè nociva manifestò esse soleat, cùm talia subjecta à leniori etiam evacuante facilè exolvantur, ut loquuntur Practici: ob id, ut saltem primæ viæ quasi per epicrasin à muco vel pituita plus minus viscida ac acida liberentur, & ita producta morbosa, si non æquè semper radix morbi (hoc est à posteriori, si non à priori) removeantur, lenioribus, seu quorum vis primas vias non transcendit, ex evacuantibus, nunc solis, nunc appropriatis vel absorbentibus, præsertim martialibus, vel incidentibus præsertim gummatibus, sociatis, præscribuntur pilulæ, quavis septimana, vel quovis lunæ decremento, vel singulis 14. diebus, vel singulis mensibus, idque vesperi, unâ alterâve horâ ante cœnam, unde & *pilulæ ante cibum* quibusdam audiunt, assumendæ, ut ita sub chyli vehiculo innoxiè distribui, & circa primas vias saltem suo officio fungi, adeoq; alvum laxare, sordes exterminare, & loca pura sustinere possint, ne tales morbi chronici in graviores paroxysmos exacerbari possint.

Basis harum pilularum est aloë & gummi ammoniacum, & quidem aloë pro scopo detergendi & evacuandi, gummi ammoniacum pro scopo resolvendi mucum acidum viscidum & tenacem; quibus & stimulus addi poterit. Cum verò aloë parte sui gummosa in exili licet dosi, leniendi tamen huic scopo, dicto modo usurpata optimè inserviat, hinc crebrius ex hac sola, ita tamen præparata, ut pars ejus gummosa magis quasi extravertatur, resinosa verò infringatur vel separetur, tales *pilulæ usuales*, quæ aliàs Hauß-Pillen, item *pilulæ stomachales*, vocantur, parari solent: quales sunt v.g. Angelicæ Francofurtenses, Glassianæ, omnibus pilulis laxativis præferendæ, vid. *HOFFMANNUS Clav. Schrœder. l.* 2. *cap.* 73 *pag.* 105. & *l.* 4. *sect.* 4. *pag.* 635. item *Ludovicianæ* in *Pharmac. pag.* 179. item *de sale tartari pag.* 79. *Tilemannianæ Mater. Med. pag* 214. item majoris apparatus istæ de Aloë violata, de aloë rosata: de quibus *SCHROEDERUS Pharm. l.* 4. *class.* 3. *pag.* 253. ut nihil dicam de aliis huc suo modo revocandis, ut pilulis de Ammoniaco *Quercetani*, vid. *SCHROEDERUS*, quæ à gr. xij, xv. ad ℈j. ante cœnam deglutitæ suaviter laxant, item tartareis *Quercetani*, aloëphanginis cum scammonio, de tribus Rufii, & ex his constructis *pilulis Balsamicis Cnoffelii M. A. N. C. Ann.* 6. & 7. *Append. pag.* 19. Verum hæ omnes, sive ex aloë sola, sive ex aliis magistrali compositione natis, constent, ferè ceu officinalis vel pluribus in locis introductæ sunt, vel à Medico privatim dispensantur, adeoque ad magistraliter præscribendas magis pertinent. Verbi gratiâ

℞. *MP. de aloë ros.* gr.vj.
f. *pilulæ minores*
D. S.
Eröffnende Pillen.

Quodsi verò paùlò efficaciores, tam pro alterandi quàm pro abstergendi scopo, pilulæ usuales ordinandæ, quales ferè omni menstruo spatio sub ultima lunæ quadra in hodierna luxuriosa diæta dicto modo ante cœnam capiendæ, hisce ferè modis præscribi solent.

℞. *G. ✻ci in ✝ sol. & insp.* ℥ß.
Aloës lucid. ʒij.
Mastich. el.
Myrrhæ el. ana ʒß ad ℈ij.
Extr. troch. alhand. ℈ß. ad gr. xv.
Cum *Ess. Absinthii* f. *Pilulæ minores.*

Dosis à 10. 12. ad gr. xv. ad summum ℈j.

Evacuant blandè sordes in primis viis stabulantes. Si eas magis laxativas reddere volumus, imminuitur dosis gummi ammoniaci, & augetur aloë. Usurpantur singulis mensibus sub lunæ decremento.

Alia sit formula *pilularum usualium*, iis qui laborant *malo hypochondriaco*, item *passione hysterica* atq; *scorbuto*, ita præscribenda.

℞. *G. ✻ci ✝ scyllit. sol. & insp.* ʒj.
Aloës succotr. ʒß.
Extr. Helleb. nigr. ʒj.
Myrrhæ ʒij.
Mastich.
Croci ana ℈ij.
Cum s. q. *Ess. Fumar.* f. *Pilulæ instar pisorum*, quorum dosis No. vj. ℈ viij.

His similes ferè sunt *Pilulæ Bartholetti in Encyclopædia*, quas præscribit in latitudine sanitatis seu statu convalescentiæ, ubi quidem non valdopere quis ægrotat, interim tamen propter viscus aliquod læsum facilè labi potest in morbum.

Harum omnium loco sint pilulæ *aperientes Tilemanni* in affectibus chronicis:

℞. *Aloës succot. luc.* ʒj.
G. ✻ci in ✝ squillit. sol. ʒß. ad ʒj.
℞ ⊕*lat.* ʒiij.
Cum ℞ s. *Ess. ✻ci* f. *Pilulæ minores*, aut saltem mediocres, quarum dosis No. 5. 7. 9. 11. aut 13. numero scilicet, ex vulgi superstitione, impari, capiantur bihorio ante cœnam.

Blandè laxant, stomachum evacuant, & fomitem successivè subtrahunt.

Vel

℞. *Aloës lucid.* ʒj.
mag. jalapp. gr. xv.
g. de Peru ℈ß.
Extr. troch. alhand. gr. iij.
c. *Elix. propr. sine acido* f. *Pilulæ pro 4 dosibus.* S.
Laxier-Pillen auff 4. mahl.

Vel etiam sine aloë, ex solis alterantibus cum stimulo sensiliore *ad imitationem Praxeos Sylvianæ prescribuntur:*

℞. *Galban. c. ✝ depur.* ʒß.
Troch. alhand gr. iv.
scamm. præp. gr. iij.
Cum s. q. ℥ *destillati Carvi* f. *Pilulæ* No. XLV. pro tribus dosibus vespertinis.

℞. *G. ✻ci c. ✝ depur. & insp.* ℈j.
⊕*li ✻is ad albed. calc.* gr. v.
Troch. alhand. gr. ß.
scamm. præp. gr. j.
c. ℥ *destillat. Fœnic.* f. *Pilulæ minores* pro una dosi quovis mense capiendæ.

Vel ad imitationem *Cnöffelianarum supra allegatarum:*

℞. *MP. de trib. Ruffi*
Extr. Helleb. nigr. ana ℈ß.
⊕*li ✻is ad albed. calc.* gr. v.
scamm. præp. gr. j.
Cum s. q. *Ess. G. ✻ci* f. *Pilulæ.*

Atque tales hypochondriacis nostratibus fere proficuæ existunt: quibus tamen & pulvis supra præscriptus multum conferre solet, siccioribus nempe istis, magisque exhaustis.

Pertinent huc

Pilulæ Riverii polychrestæ ad morbos deploratos.

℞. *MP. Ruffi*
℥ *ii diapher.*
G. Guaiac. ana ʒß.
Balsam. Peruv. q. s.
f. *Massa pro pilulis.*
quarum dosis est ℈j.

quibus pro ulteriori stimulo, si lubet, addatur *scammonium sulphuratum* ad gr. ij.

Hæ continuentur aliquamdiu, & aliis irritis in morbis desperatis summum erunt remedium. *Pilulæ Ruffi* ingredientes è *croco, myrrha* & *aloë* constant, & sunt quasi *Elixyr proprietatis siccum.*

Quoad *usum* ergo legitimum harum *pilularum usualium*, notetur: quod constent ex remediis efficacioribus, & propter ea formantur pilulæ, ut remedia ingrata delicatis propinari possint. Cùm ergò aloë & reliqua ingredientia sint amarissima & ingrata, hinc sub forma pilularum propinantur. Quo & id accedit, quod quæ alias sub magna dosi propinantur, in pilulis parvâ potiùs satisfaciant: plerumq; enim ad ℈j, vel ad summum gr. xxv, rarissimè ad 30. grana, pro una dosi dantur. Hinc remedia illas efficaciora intrent: unde aloë ut plurimum est basis pilularum laxativarum, cui pro stimulo additur colocynthis vel scammonium.

Cæterùm, præter talem evacuandi scopum etiam pro varia alterandi fine præscribi ferè solent pilulæ, præsertim ex Extractis quibusdam ceu basi, additis aliis convenientibus: interdum tamen soli pulveres præscribi solent, iisque excipiendi succo quodam inspissato sive Rob appropriato vel alio corpore, ut ita in debitam consistentiam pilularum redigantur: interdum exuvisque simul pilulæ compinguntur, pro varia intentione; ita tamen, ne integra compositio ℈j vel ʒß ad summum excedat. Res exemplis clarior erit: Sint ergò

Pilulæ febriles, in febribus intermittentibus chronicis ante paroxysmum capiendæ, pro infringendo rigore & intendendo æstu.

℞. *Extr. Absinth.*
Card. bened.
Cent. min.
Theriacal. ana gr. v.
℥ *destillat. caryophyll.* gtt. iij.
M. f. *Pilulæ*, D. S.
Fieber-Pillen.

Vel:

℞. *Extr. Absinth.*
Cent. min.
Gentian.
Imperator. ana gr. v.
℥ *destillat. Caryophyll.* gtt. ij. l. iij.
f. *Pilulæ.*
capiendæ ante paroxysmum.

Commodè etiam pilulis hisce febrilibus *extracti trochiscorum alhandal* gr. ij ad iij, tàm pro alterandi quàm laxandi scopo, addi possunt; utut sub debita diaphoresi levior laxatio accidere solean.

Usita-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1324-8 DFG

Usitatè solent Pilulæ alterantes præscribi ex Laudano Opiato, in quibus usus ejus est necessarius; potest tamen etiam permisceri aliis ingredientibus pro scopi ratione: sic præscribuntur tales *pilulæ in febre ardente maligna cum agrypnia & jactigatione* conjuncta.

℞. *Extr. theriacal.* gr. vj. l. viij.
Laud. Opiat. gr. iß. l. ij. pro varietate præparationis.
Cum ∽ *u theriacal. camph.* f. *Pilulæ*,
D. S.

Abend-Pillen auff einmahl.

Extractum theriacale præscribitur in parva dosi propterea, quoniam in Theriaca jam est opium, & insuper etiam additur opium.

Pilulæ sudoriferæ & suaviter somniferæ in ægro inquieto.

℞. *Extr. card. bened.* ℈ß. ad ℈j.
Laud. opiat. ferm. gr. ij.
Cum ♁ *Anisi* l. *Camph.* f. *Pilulæ*,
D. S.

Schweiß- und Ruhe-Pillen.

Loco olei destillati anisi aut camphoræ, si ferre possunt patientes, substituatur *oleum tartari rectificatum*, incredibilem sudorem cient pilulæ.

Aliæ *pilulæ sudoriferæ anodynæ.*

℞. *Extr. card. bened.* scrup. ß.
Lignor. gr. v.
theriacal.
Laud. opiat. ana gr. ij.
Cum *Essent. lignorum* f. *Pilulæ*.
D. S.

Schweiß-Pillen auff einmahl.

Vel:

℞. *Extr. lignor.* gr. xv.
croci gr. iij.
Cum ♁ *destillato* ♃ *fœtid. rectif.* f. *Pilulæ*,
S. ut anteà.

Item:

℞. Extr. card. bened.
rad. gentian. r.
ligni guajac. à gr. v.
⊖is vol. C. C. gr. iij.
M. f. Pilulæ.
S. ut anteà.

Pilulæ contra Cardialgiam cum Soda conjunctam alterantes.

℞. *Cretæ* ℈ß.
pulv. later. coct. gr. viij.
Nuc. moschat. gr. v.
Cum ♁ *expr. Nuc. moschat.* f. *Pilulæ*.

Pilulæ contra diarrhœam, natam ex nimio esu uvarum.

℞. ♡ *sigillat.* gr. xij.
Corall. r. præp. gr. vj.
Laud. opiat. gr. ij.
Cum s. q. *syr. Cydon.* f. *Pilulæ*.

Pilulæ sistentes vomitum in nephritide.

℞. *Extr. calam. arom.* gr. vj.
Castor.
zedoar. ana gr. jv.
Laud. Hyster. gr. v. l. vj.
Cum ♁ *Terebinth.* f. *Pilulæ*.

Pilulæ contra gonorrhœam malignam.

℞. *Terebinth. Cypr.* ʒj.
♃ *ii dulc.* ʒß l. scrup. ij.
ofs. sepia præp. ʒß.
M. f. *Pilulæ*.
irrorandæ aliquot guttis *olei destillati succin.* pro tribus dosibus.

Hic quidem pro una dosi sunt scrup. ij. & ultra: sed notandum, quod mercurius dulcis admodum ponderosus sit.

In Phthisi confirmata pro tussi, sudore, &c. nocturnis inhibendis.

℞. *Antihect. Poter.* scrup. j.
sacch. ♄*ni* scrup. ß.
Extr. Croci gr. v.
Laud. opiat. ferm. gr. ij. ad iij.
Cum s. q. *Bals. de Capaibe* f. *Pilulæ*
pro duab. dosibus, bihorio ante cœnam sumendis.

Pilulæ in tussi sicca nocturna ex lympha acriori.

℞. *Succin. præp.* scrup. ß.
Myrrhæ el.
⊖ *vol succin.* ana gr. v.
Extr. Croci gr. ij.
Laud. opiat. ferm. gr. j.
Cum *syr. Papav.* q. s. f. *Pilulæ*, S.

Hust- und Fluß-Pillen.

Usurpandæ hora una ante cœnam vel sub introitum lecti.

Vel:

℞. *Extr.* ♎*is pulv.* gr. xij.
Myrrhæ el. gr. jv.
Extr. Croci gr. ij.
Laud. opiat. gr. j.
Cum s. q. ℞ ♎*is* f. *Pilulæ*,
vesperi capiendæ.

Conferantur *Pilulæ de styrace*, item *ad tussim*, *SCHROEDERI Pharmac. l. 2. cap. 73. pag. 252.* vel *de styrace STLVIII. l. Prax. cap. 20. §. 36.* Succinctæ hæ sunt compositiones, & non contemnendæ in tussi nocturna sicca, quando ex inclementia aëris tempore hyberno tussis excitatur, tunc in principio affectus propinentur, & erunt elegantes, etiam in tussi sicca gravidarum.

Contra Agrypniam melancholicam:

℞. *Mag. Corall. c. succ. citri.* gr. xv.
sacch. ♄*ni* gr. viij.
Laud. opiat. gr. ij.
Cum *Rob. juniperi* f. *Pilulæ*
D. S.

Ruh- und Abend-Pillen.

Sumantur vesperi hora una vel duabus ante pastum.

Et hæ sunt pilulæ pro usu interno. Interim præscribuntur etiam à modernis quibusdam pro scopo externo, loco ferè trochiscorum veteribus usitatorum, sive deinde lentè deglutiantur, sive non. Illuc pertinent pilulæ officinales becchicæ sive sublinguales, in tussi, asperitate faucium, raucedine, & similibus faucium affectibus, à lympha nimis acri obortis, usurpandæ. Præscribuntur secundum *MORELLUM* ex rebus, quæ vim habent demulcendi acrimoniam lymphæ, & temperandi raucedinem, quâ temperatâ, cessabit tussis. Quodsi lubuerit præscribere magistrales, tunc possunt præscribi in tali formula:

℞. *Succ. Liquirit. in* ▽ *appropr. solut. & inspt.* ℥iij.
Sem. papav. alb. ℥j.
Rad. Ireos Flor.
Benz. ana ℥ß.
Cum *mucil. Tragac. in* ▽ *asthmat. dissol.* f. l. a. *Pilulæ hypoglottides* seu *sublinguales*.

Harum enim pilularum semper aliquot ponantur sub lingua, ut sensim sensimque liquescant, & liquefactæ per fauces cum lympha dilabantur, ut lymphæ acrimoniam, & inde ortos faucium affectus leniant, temperent & demulceant. Nihilominus

minus hæ pilulæ non amplius in frequenti adeò sunt usu.

Præter has etiam præscribuntur aliæ pilulæ, pro usu externo sine deglutitione, pro varietate scopi variæ: sed ratius hoc; nec nisi in specialibus quibusdam casibus, v.g. ad odontalgiam, ex Extracto ligni guajaci, & Laudano opiato cum oleo destillato Origani Cretici formantur pilulæ denti dolenti vel cavo applicandæ aut intrudendæ. e.g.

℞. *Extr. lign. Guaj.* gr. iij.
Laud. opiat. gr. ij.
℘ *destillat. Caryophyll.*
Orig. Cret. ana gtt. j.
M. f. *pilulæ minores*, S.
Schmertz-stillende Pillen.

Vel: ℞. *Flor. Benz.* gr. vj.
Opii c. ♈ sol. & insp. gr. iij.
Cum *Extr. theriacal.* q. s. f. *Pilulæ*
D. S.
Schmertz-stillende Zahn-Pillen.

Quò etiam pertinent pilulæ de calce viva, item odoriferæ Mynsi. *Armament. sect. 7. pag.* 145. sic pilulæ apophlegmatizantes ex Extracto Nicotianæ cum pauco mercurio dulci, item cum essentia nicotianæ, ex mercurio dulci cum sufficienti quantitate gummi tragacanthæ aqua rosarum soluti pro juvante salivatione sub ptyalismo venereo præscribuntur. e.g.

℞. *Extr. Nicot.* gr. iij.
zedoar. gr. ij.
♀ii dulc. gr. xv.
Cum *Ess. Nicot.* f. *Pilulæ*,
D. S.
Pillen zum Speichel.

Talium pillularum una submittitur linguæ, & hac detinetur, ne deglutiatur, & sufficiens sequetur salivatio. Quodsi verò hæc non succedat, substituantur sequentes:

℞. *♀ dulc.* ℈j.
Cum s.q. *Trag. in ▽ ros. solut.* f. *Pilulæ majores*
No. ix.
Sign. ut *suprà*.

CAP. III.

Potiones sive Misturæ variæ, & subordinatæ Formulæ.

TErtium caput Misturas varias depromit, quarum frequentissima est præscribendi formula; cùm nullæ magis sint aptæ pro omnis generis medicamentis suscipiendis, quàm Misturæ hæ. Concinnantur ex variis ingredientibus, primariò liquidis & fluidis, hinc & minus fluidis & siccis quoque, certa proportione & dosi coordinatis, nunc pro una nunc pro pluribus vicibus assumendæ, idque scopo vario, habitâ semper, quantum possibile, saporis & odoris ratione.

In hisce autem duo attendenda: *Materiale* nimirum atque *Formale*.

Materiale sunt vel liquida, vel sicca, vel fixa, vel volatilia, & sic porrò.

Formale verò quod concernit; hic observetur primò dosis ingredientium, tam generalis, quàm specialis: Hæc, specialis scilicet, variat pro varietate simplicium. Sic v.g. salia volatilia in forma sicca præscribuntur ad gr. xv. vel scrup. j, jalappa ad scrup. j, pulvis stomachalis ad scrup. j, specificum febrile Crollii ad ʒj, Elixyr proprietatis ad ʒß.

Cæterùm attendatur quoque dosis generalis, quâ nempe ratione & proportione ingredientia misturas debeant ingredi, ut sequatur genuina proportio & elegans miscela, ut conjunctim tot doses efficiant, quot requiruntur.

In ipsa autem compositione annotetur:

1. *Liquor* constituens misturam, qualiscunque fuerit; &
2. Ipsa *addenda* & dissolvenda multiplicia.

Liquor est multiplex, ordinariè aqua quædam destillata, una vel plures, sive simplex, sive aqua quædam destillata composita. Interdum etiam loco aquæ cujusdam destillatæ assumitur decoctum aliquod simplex, vel etiam aliquantisper compositum. Loco decocti interdum assumitur Infusum quoddam appropriatum in conveniente quantitate, quod ipsi potioni corpus conciliat. Liquori simul propter gratiam saporis adjungitur syrupus quidam appropriatus, ne nimium nauseosa sit potio.

Addenda & *dissolvenda* reliqua sunt varia appropriata, ut aquæ appropriatæ spirituosæ: hæ enim, quoniam sunt nimis penetrantes, corpus non possunt constituere, propterea quoque, quoniam in minori quantitate sunt præscribendæ: Deinde succi dissolvuntur in iisdem. Essentiæ vel spiritui vegetabilium adduntur etiam spiritus animalium essentificati, i.e. suo sale volatili acuati: item olea & salia volatilia appropriata: dissolvuntur etiam non rarò extracta, confectiones, item electuaria quædam officinalia appropriata: sic etiam tincturæ ex vegetabilibus.

Ingredientium præterpropter *proportio* est, ratione scilicet doseos generalis, quæ tamen per specialem cujusvis ingredientis dosin ratione facultatis specificæ, hujusque sub præparatione magis vel minus concentratæ, determinanda ulteriùs venit.

Liquoris, sive sit aqua simplex destillata, sive infusum, sive decoctum, ℥j.
Aquæ minus spirituosæ ℥ß.
Aquæ spirituosæ compositæ ℥j l. ℥ij ad ℥ß.
Succi ℥ij l. iij.
Elixir ℥j l. ℥ij.
Spiritus volatilis inflammabilis ℥j ad ℥ij.
Spiritus volatilis urinosi, si sit probè rectificatus & acris, ℥ß ad ℥j.
Syrupi edulcorationis gratiâ addendi ℥j ad ℥ij, vel ℥iij ad summum ℥ß.

(Rarò solemus progredi ad majorem syruporum quantitatem, sicuti veteribus fuit in usu, propterea, ne saccharum inducat noxam, uti sæpius monui)

Electuarii cujusdam officinalis ℈ij vel ʒj præterpropter.
Confectionis cujusdam analepticæ ℈j ad ʒß.
Extracti scrup. j. ad summum ʒß.
Pulverum scrup. j. ad ʒß.
Essentiæ ʒß.
Tincturæ vegetabilium ãã ʒß ad ℥j.
Salis volatilis scrup. ß. vel gr. xij. ad summum scrup. j.
Olei destillati gtt. ij. iij vel jv. ad v. vel vj.

Ita tamen, ut tota compositio Mixturæ Potionis ordinariæ ℥iij, jv vel v, vel ad summum ℥vj, non excedat: cui si arida & facile subsidentia simul permisceantur, sub usu probè agitanda imperatur.

Ratione effectus sunt vel alterantes, vel purgantes; & quidem illæ internæ & externæ: Interne quæ usurpantur, ordinariò ab assumendi modo *Potiones* appellantur; *externa* verò potissimum Epithemata audiunt.

Interne latissimè patet earum usus, cum quovis ferè in morbo adhiberi pro quovis scopo possint, nisi interdum atonia ventriculi ac intestinorum moderatum earum usum suadeat.

Quoad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1326-9 DFG

Quoad *modum assumendi*, hauriuntur tales potiones & misturæ vel unâ vice, quando v.g. purgare aut sudorem movere volumus, vel pluribus vicibus, auf 2.3. oder 4. mahl / interjectis semper debitis intervallis, quando scopus est indeterminatus & successivè intentus. Unde misturæ tales, quæ pro pluribus dosibus præscribuntur vel determinantur, quot vicibus assumi debeant; vel indeterminatè ordinantur, ut scilicet æger singulis horis capiat cochlear unum, vel duo ad tria, pro ratione circumstantiarum. Illud, ubi subitanea magis alteratio per sensiliorem operationem procuranda, viribus utcunque constantibus; hoc verò ubi successiva mutatio, præsertim in debilioribus, aut in casibus, in quibus cautius nonnihil procedendum, magis locum invenit.

Quoad *Potiones purgantes*, in his præscribendis & describendis, *MORELLUS* satis est prolixus, utut eundem raro soleant imitari moderni, qui talibus decoctis & infusis pro purgantibus rarò solent uti, imprimis decoctis: sed si describenda potiuncula purgans à Medico, præscribitur

1. ex aquis appropriatis, in quibus dissolvitur aliquod extractum purgans in dosi legitima, nullo habito respectu ad proportionem liquoris cum extracto dissolvendo, uti in alterantibus, additis quibusdam appropriatis, & syrupo quodam pro saporis gratia.

Vel etiam

2. istis aquis appropriatis adduntur pulveres quidam appropriati purgantes, utut sic rarus hic modus & minus usitatus;

Vel

3. si volumus infundere, facimus potionem purgantem usitatam ex foliis sennæ, infundendo ℥iij ad ℥ß foliorum sennæ in liquorem appropriatum, addendo pro stimulo sal tartari, vel crystallos tartari. Nisi enim adduntur tartarea, infusum erit mucilaginosum, quod adhærescendo intestinis, dat tormina & cruciatus. Videantur quæ de senna *superiùs dixi*: & cum de his *cap.4.* sit agendum, hoc loco transeant.

Ut dem exempla de singulis: sit purganda mulier, quæ affectione hypochondriaco-scorbutica & quasi hysterica sit afflicta: huic præscriberem potionem talem purgantem tantùm pro una vice; nam rarò pro pluribus præscribuntur:

℞. ▽ *fumar.* ℥j.
Cinnam. ~ *nos.* ʒj. ad ʒij. ratione odoris.
Extr. Helleb. nigri l. *Melanag. Querc.* scrup. j.
Crem. ♀*i* gr. xv; l. ♀*i* ⊕*lat.* scrup. ß.
Syr. de pomis Reg. Sab. ℥ij. l. iij.
M. f. *Potio*, D. S.

Purgier-Tränckelein auff einmahl.

Notetur: Extractum hîc in legitima dosi est præscribendum. *Constituens* est aqua fumariæ: *Corrigens* est aqua cinnamomi: *basis* pro ratione purgationis est extractum melanagogum vel hellebori nigri: *adjuvans* est tartarus vitriolatus vel cremor tartari.

Mistura pro una dosi *evacuans in hydrope ascite:*

℞. *Succ. rad. Ireos nostr. per resident. depur.* ℥j.
▽ *cinnam.* ʒij.
syr. violar. ℥ß.
M.

Potio alia *purgans* in incipiente hydrope, ad evacuandum serum.

℞. ▽ *Cent. min.* l. *Hyssopi* ℥j.
Cinnam. ~ *nos.* ʒj ad ʒiij.

(additur hæc purgantibus propter gratiam saporis & odoris:)

pulv. rad. Jalapp. gr. xv.
scamm. præp. gr. iij. l. *Extr. troch. alhand.* gr. ij. l. *Mag. g de Peru* gr. vj.
syr. de Cichor. c. Rhabarb. ʒiij. l. ℥ß.
M. f. *Potio*, S.

Purgier-Tränckelein auff einmahl wohl umbzurütteln.

Constituens hic est aqua centaurii minoris vel hyssopi: *basis* est pulvis radicis jalappæ: *adjuvans* est extractum trochiscorum alhandal, vel scammonium præparatum, vel magisterium gummi guttæ. Agitetur autem eum in finem, ne pulvis subsideat, & titè operetur.

Mistura laxativa resolvens & evacuans mucum viscidum *in dolore hypochondriaco.*

℞. *Infus. fol. senn. c.* ♁ *i par.* ℥iß.
♁*is hypoch. digest.* gr. vij.
scamm. ♃*at.* gr. iij.
syr. rosat. ex multipl. infus. ℥iij.
M. D. S.

Laxier-Tränckelein auff einmahl.

Vel:

℞. ▽ *Menth.* l. *succ. pom. Borsd depur.* ℥ß.
G. ✱*ci in* ✝ *sol.* gr. xv. ad scrup. j.
♁*is hypochondr. dig.* scrup. ß.
scamm. ♃*at.* gr. ij.
Extr. troch. alhand. gr. ß.
syrup. rosat. solut. ℥iij.
M.

Vel:

℞. ▽ *Menthæ* ℥j.
Cinnam. ℥ij.
G. ✱*ci* ✝ *sol.* scrup. j.
♀*i* ⊕*lat.* scrup. ß.
Extr. troch. alhand. grj. ad ij.
syr. fœnic. ℥iij.
M. S.

Erweichender Laxier-Tranck.

Hauriatur pro una vice.

Mistura contra dolorem hypochondrii dextri terebrantem laxativo anodyna.

℞. ▽ *Chamomill.* ℥j.
G. ✱*ci in* ✝ *sol.* ℥ß.
♀*i* ⊕*lat.* gr. xij.
scamm. ♃*at.* gr. ij. l. iij.
Laud. Hyster. gr. vj.
Syr. de spina cerv. ℥iij.
M. S.

Schmertzstillender Laxier-Tranck.

Mistura pro una dosi *evacuans in Hydrope.*

℞. ▽ *fragor.* ℥j.
pulv. jalapp. scrup. j.
♀*i* ⊕*lat.* scrup. ß.
Syr. rosat. solut. ℥ß.
M. S.

Wasser-abführende Mixtur auff einmahl.

Alia formula:

℞. *Succ. Ireos nostr. rec. expr. per resident. depur.* ℥ß. ad ℥vj. l. ℥j.
▽ *Cinnam.* ~ *nos.* ℥ij.
pulv. Jalapp. gr. xv.
♀*i* ⊕*lat.* scrup. ß.
syr. violar. solut. ℥iij.
M. S. ut anteà.

verùm hæ potiones sunt ingratæ.

Ceterum Infusio sennæ loco liquoris constituentis præscribi potest: e.g. sit

Mixtura blandè *alvum emolliens* in imminente *morbo iliaco* ex obstructione à stercoribus.

℞. *Decoct. passul. c. tantillo senn. & crem. ♃i*; vel *Decoct. passul. cum tamar. ℔ ß.*
℥ *Amygd. dulc.* ℥ij. l. iij.
Syr. de pomis ℥ß.
M. S.

Eröffnender Tranck.

Interdum pro purgatione pectorali solet in talibus liquoribus appropriatis dissolvi Electuarium de carthamo, idq; ab ℥ß ad ℥vj, quoniam superius jam aliquoties monui, quod carthamum sit dicatum pectori: v.g. in tussi & asthmate potest dissolvi in aqua marrubii, hyssopi, fœniculi, aut simili alia appropriata. Nam reliqua electuaria ut dissolvantur, impedit magna dosis, in qua sunt præscribenda, & consuetudo ægrotantium, qui respuunt potiones magnas, die Kühl-Söffe.

De Potionibus purgantibus, quas habet *MORELLUS*, legantur, utut raro præscribantur; nihilominus si exigatur talis ab ægro, Medicus necesse est, ut habeat cognitionem præscribendi illam.

Essentiæ resinosæ, ut ex parte *supra dictum*, non adeò commodè miscentur potionibus, nisi in parva dosi: si tamen desideretur Essentia purgans, qualis composita prostat in officinis nostris, quæ paratur ex simplicibus purgantibus extractis cum spiritu vini, commodè potest præscribi à Medico talis essentia à ℥iß ad ℥ij, & quidem hoc modo:

℞. *Ess. cathol. purg. Mich.* ℥ij.
D. S.

Purgier-Essentz auff einmahl.

Assumitur in cochleari jusculi vel alio modo.

Vel permiscetur Essentiæ ad ℥ij. cum syrupi rosarum solutivi ℥ß ad ℥vj; quoniam facilè solet permisceri cum hoc syrupo, & hic solet obtundere gustum acrem essentiæ, & præscribitur tunc hoc modo:

Potio Catholica.

℞. *Ess. cathol. purg* ℥ij. vel hujus loco *Ess. jalapp.* ℥ j. l. iij.
Syr. rosar. solut. ℥ß. ad ℥vj.
M. D. S.

Purgier-Safft auff einmahl.

Vel: ℞. *Ess. jalapp. citrat.* ℥iß.
cathol. purg. ℥j.
Syr. rosar. ℥vj.
M. D. S.

Laxier-Safft auff einmahl.

Talis mistura facilè assumi potest, & nulla sit præcipitatio.

Similis *Potio purgans* est, quæ sequitur:

℞. *Resin. jalapp.* gr. ix. ℈ß. ad xij.
⊖ ♃i gr. v. vj. l. viij.
Syr. rosar. solut. ℥ß. l. qu. v.
M. S.

Laxier-Säfftlein.

℞. *Res. jalapp.* gr. xij.
scamm. gr. ij.
⊖ ♃i gr. viij.
Syr. ros. simpl. q. s.
ol. destillat. Anisi gtt. j.
M. S.

Laxier-Safft auff einmahl.

Sal tartari ut corrigens additur, ut citra tormina operentur resinæ.

Vel:

℞. *Res. scamm.* scrup. ß. ad gr. xv.
sacch. Candi vel *Canariens.* ℥j. ad ℥iij. pulverisatis exactissimè superfundatur paulatim sub tritura
succ. citri ℥j.
M. f. *Potio purgans* pro delicatis.
grati saporis, & promptè operabitur.
D. S.

Purgier-Säfftlein.

Vid. *MOELLENBROCK de Variis p. 97.*

Potio purgans pro virgine delicata 15. annorum *in Ascite.*

℞. *Res. jalapp.* gr. vij. (in robustioribus ℈ß. d sol. v. in s. q. *vitelli ovi*, &
Cum ▽ *fragar.* l. *serpilli* ℥iij. ad ℥iß.
f. Liquor lacteus, qui edulcorandus cum
Syr. Cinnam. l. *Rosar.* ℥j. l. ℥ij.
M. S.

Purgier-Milch.

Ad Potiones purgantes pertinent *Potiones vomitivæ*, quæ satis frequenter solent præscribi. Cæterùm, cum experientia docuerit Practicos, quod omnia vomitoria vegetabilium longe difficilioris sint operationis, & magis excrucient ægros, quam vomitoria mineralium ex antimonio petita, & quoniam experti sunt Practici, quod antimonium longè feliciùs exhauriat excrementa per vomitum ipsis vegetabilibus, propterea percommodè solent præscribi tales Potiones vomitivæ ex Infusis antimonialibus. In hunc finem solet prostare in officinis *syrupus emeticus*, seu ut aliàs vocatur *oxysaccharum emeticum Angeli Sala*, factum ex *infusione vitri antimonii cum aceto*, & edulcoratum cum *saccharo*. Commodè potest præscribi à ℥iij ad ℥ß: in robustioribus etiam potest præscribi ad ℥vj, utut raròtin delicatioribus raro solet transcendere dosin ℥iß. Hic syrupus emeticus dissolvitur in liquore appropriato, & propinatur: v.g. in mucilagine crassa & viscida ventriculi, inanem vomendi conatum excitante, præscribi potest talis *Potiuncula*, quæ incidit mucilaginem crassam & viscidam & liquefacit, liquefactam etiam per vomitum evacuat, hoc modo:

℞. ▽ *Hyssopi* ℥j.
〰 *g.* ✱ *ci c.* ⊕ ℥ß.
Syr. emet. Ang. Sal. ℥ß.
(vel *oxym. squillit.* ℥ß. & *syr. emet. A. S.* ℥iij.)
M. f. *Potio* D. S.

Brech-Tränckleín auff einmahl.

Hic spiritus gummi ammoniaci ex se inservit pro attenuatione, incisione & liquefactione pituitæ crassæ & viscidæ, quod facit etiam adjecta aqua hyssopi; syrupus emeticus facit vomitum. Talia ingredientia omittuntur, ubi non est pituita viscida, v.g. in biliosis, ubi non licet tale quid propinare.

Alia *Potio vomitoria.*

℞. ▽ *Menth.* ℥ß. l. ℥j.
Syr. emet. A. Salæ. ℥ß.
Nicot. ℥ij.
M. D. S.

Brech-Tränckleín auff einmahl.

Basis est syrupus emeticus Salæ usitatus: *constituens* est aqua menthæ; *adjuvans* est syrupus nicotianæ, qui resolvit attenuat & evacuat materiam viscidam.

Vel ℞. *Julep. rosat.*
Syr. emet. Ang. Salæ ãã ℥ß.]
▽ *Cinnam.* ℥j.
M. D. S.

Brech-Tränckleín.

Loco

Loco talium tamen vina infusionis præparatorum antimonialium æque commoda videntur.

Non rarò quoque permiscentur Tincturæ appropriatæ ex vegetabilibus, item succi appropriati vegetabilium, in liquoribus: dissolvendo tincturæ ℥ß ad ℥j liquoris, & succorum ℥ij ad ℥j liquoris.

Quoad *Potiones alterantes*, de his intelligendus omnis effectus, qui non est purgans, sive sit sudorifer us, sive stomachalis, sive diureticus. *MORELLUS* dividit in alterantes & corroborantes, mihi perinde est, modò non purgent. Variè præscribuntur, ut *ex seqq. patebit*. E. g.

Potio destruens acidum.

℞. ▽ *card. bened.*
fœnic. ana ℥iß.
∽ ⊖ ✱ *ci* ℥j ad ℥iß.
Lapill. ♋. *præp.*
Corall. r. præp. ana gr. xv. ad ʒß.
⊖ *is fumar.* gr. xij.
℞ *destillat. Caryophyl.* gtt. iij. ad vj.
syr. menthæ. papav. alb. ʒvj ad ℥j.
M. f. *Potio*, S.

Dämpffende Mixtur auff etlich mahl wohl umbzurütteln.

Potio digestiva præmittenda purgationi in *affectibus hypochondriacis* & *melancholicis* in subjectis præsertim siccioris & squalidi magis habitus.

℞. *Seri lactis bene depur.* ℥iv.
Ess. fumar. ʒij.
solut. ♂ *c. succ. pom.* ℥j ad ℥iß.
Syrup. fumar. ʒvj.
D. S.

Digestiv-Tranck.

Detur pro 4. vicibus, dosin unam manè, alteram vesperi per biduum capiendo.

Potio diuretica.

℞. ▽ *hed terr.* ! *bacc. alkekeng.*
Petrosel. ana ℥iß.
(vel
▽ *heder. terrestr.*
ononid.
petrosel. ana ℥j.)
Malv. Juniperin. ʒvj.
∽ *lumbr. terr. per putref.* ℥j. l. ℥iß. ad ℥ij.
℞ *destillat. bacc. Juniperi* l. *Terebinth.* gtt. iij. ad jv.
syr. heder. terr. ʒiij. ad ʒvj.
M. S.

Eröffnende oder Harn-treibende Mixtur auff etlich mahl.

Vel

℞. ▽ *ononid.*
petrosel. à ℥ij.
lapill. ♋ *præp.* ℥j.
crystall. præpr.
test. ovor. calc. à ʒß.
⊖ *vol. succ.* scrup. j.
∽ ⊖ *is* gutt. xx.
syr. heder. terr. ʒß.
M. f. ut *anteà*.

Mistura diuretico anodyna ad præcavendum calculum.

℞. ▽ *bacc. alkekeng.*
cerasor. nigr. ex nucl. ana ℥iß.
Malvat. Junip. ʒvj. l. ℥j.
℞ *nephrit.* ʒiij.
⊖ *resol. lapill.* ♋. ʒß.
Laud. opiat. ferm. gr. ij.
syr. fragor. ℥ß.
M. D. S.

Lindernde Stein-treibende Mixtur.

Potio sudorifera.

℞. ▽ *card. bened.*
fl. samb. à ℥iß.
C. C. s. △ *e* ℥ß.
Bezoard. miner. scrup. j.
Cinn. ♃ ii
⊖ *vol. C. C.* à scrup. ß.
syr. fumar. ʒiij.

Potio stomachalis.

℞. ▽ *Menthæ* ℥iij. l. *hujus* & ▽ *hyssopi* ana ℥ß.
Cinnam. ∽ *nos.* ℥ij. ad ʒvj.
succ. cydon. depur. ʒvj.
Elix. Menthæ ʒiij. ad ℥ß.
∽ *anisi* ʒiß.
syr. cinnam. ʒiij. ad ʒvj.
M. f. *Potio.* D. S.

Magen-stärckender Tranck auff etliche mahl.

Basis hic est succus cydoniorum, elixir menthæ & spiritus anisi.

Capiat æger pro dosi cochl. j. l. ij. ad iij.

Mistura contra inflationem stomachi.

℞. ▽ *Menthæ* ℥ij.
Carmin Dorner. ℥j.
♁ *diaph.* (si phlogoses adsunt) ℥j.
∽ ♁ *i dulc.* (corrigit effervescentias) ℥j. l. ʒß.
Laud. opiat. gr. iij.
syrup. Cinnam. ʒvj.
M. D. S.

Mixtur gegen die Blehung.

Alia *Mistura contra nimiam inflationem stomachi & abdominis anodyna*, ex acido viscido ortam.

℞. ▽ *Menth.* ℥ij.
carminat. ℥j.
∽ *therincal. camph.* ʒiij.
carminat. de trib. ℥ß.
Laud. opiat. gr. iij.
syr. cort. Aurant. ʒvj.
M. S.

Magen-stärckende Mixtur.

Mistura anodyna carminativa contra cardiagiam, in casu, quando peccat acidum effervescens; unde flatus.

℞. ▽ *Chamomill.* ℥ij.
carminat. Dorner. ℥j.
Elix. Menthæ ℥ß.
∽ ♁ *i dulc.* l. *carmin. de trib.* ℥j.
syr. Cinnam.
Menthæ ana ℥ß.
M. S.

Schmertz-stillende Magen-Mixtur Löffelweise.

Potiuncula in diarrhœa, quam etiam hactenus feliciter præscripsi.

℞. ▽ *tormentill.* ℥iij.
El. diascord. Erac. ʒij.
Extr. tormentill.
♁ *ii diaphor.* ana ʒj.
syr. cydon. ℥ß. l. ʒvj.
M. f. *Potio* D. S.

Anhaltender Tranck umbzurütteln.

Datur pro tribus vicibus, vel singulis horis assumuntur cochlear. ij. vel iij. Agitatur, ne crassior pars in fundo resideat. Prodest in diarrhœa maligna & contagiosa: ratione extracti tormentillæ sistit alvum,

alvum, & ratione electuarii diascordii Fracastorii & antimonii diaphoretici expellit malignitatem per sudorem.

Mistura contra diarrhœam, natam ex nimio esu uvarum.

℞. ▽ *Mentha* ℥ij.
Cinnam. cydon. ℥vj.
⌒ *theriacal. camph.* ℥ß.
Corall r. præp.
Marga Saxon. præp. ana ℥ß.
Laud. opiat. gr. iij.
Syr. cydon. arom. ℥vj.
M. S.
Anhaltende Mixtur Löffeltweise.

expectetur sudor.

Mixtura contra Choleram morbum, si oriatur à bile, quam vocant æruginosam.

℞. ▽ *Mentha*
Rubi idæi ana ℥iß.
⌒ *theriacal. camp.* ℥iij. ad ℥vj.
⊽ *sigillat.* ℥j.
Corall. r. præp. ℥ß.
Laud. opiat. gr. iij.
Syr. rubi idæi ℥vj.
M. S.
Anhaltende Mixtur.

Mixtura contra dysenteriam.

℞. ▽ *Mentha* ℥ij.
Cinnam. ℥ß.
⌒ *Mastich acidul.* ℥iij.
El. diascord. Frac. ℥iß.
⊽ *sigillat.* ℥j.
Corall. r. præp. ℥ß
Extr theriacal. gr. vj.
Syr. cydon. arom. ℥vj.
M. D. S.
Anhaltend Tränckleín.

Alia:

℞. ▽ *Mentha*
serpilli ℥j.
Elect. diascord. Frac. ℥iß.
⊽ *sigillat.*
C.C. usti ana gr. xv.
Hepat. viperar. ℥ß
Syr. cydonior. ℥ß
M. pro trib. dosibus.
D. S.
Anhaltender Tranck Löffeltweise.

Alia:

℞. ▽ *Plantag.*
scord. ana ℥j.
Cinnam.
✝ *vini* ana ℥ß
El. diascord. Frac. ℥ij.
Extr. torment. ℥ß.
Laud. opiat. gr. jß. ad ij.
Syr. ß. papav. errat. ℥vj. ad ℥j.
M. f. l. a. *Potio.*
D. S.
Anhaltend Tränckleín auff etliche mahl.

Capiatur pro lubitu cochlearim, semper bene agitando.

Item: ℞. ▽ *mentha*
plantag. à ℥iß.
liqu. styptic. ℥iß.
Extr. rad. torment. ℥ß.
⊽ *sigillat.*
Corall. r. præp. à ℈j.
Bii diaphor. Mial.
hæmat. præp. à ℈ß.
syr. myrtin. ℥iij.
M. D. S.
Anhaltende Mixtur Löffeltweise.

Mistura Martialis contra niminm fluentes hæmorrhoides.

℞. ▽ *Plantag.*
Portul. ana ℥iß.
℞ ♃is ☉li ℥iß.
Laud. opiat. gr. iij l. jv.
Syr. Corall. ℥vj.
M. S.
Anhaltend Tränckleín auff etliche mahl.

Mistura in colica flatulenta:

℞. ▽ *chamomill.*
fœnic. à ℥iß.
zedoar. ⌒ *nos.* ℥j.
ess. cort. aurant. ℥iij.
⌒ ⊖ ✱ *ci anis.* ℥iß.
Laud. opiat. gr. iij.
syr. cort. citri l. aurant. ℥ß.
M. D. S.
Lindernd und zertheilend Tränckleín zur Colica.

Mistura in Colica, quam vocant biliosam, *flatulenta*, cum phlogosibus & ardore conjuncta.

℞. ▽ *cort. aurant. c. vino* ℥ij.
Physogon. ℥j.
⌒ ♃ *dulc. anticol.* ℥j.
syr. cort. Aurant. ℥vj.
M. S.
Lindernde Bläbungs Mixtur Löffeltweise.

Expectetur sudor.

Alia contra dolorem abdominis lancinantem, qualis est *in Colica scorbutica, hypochondriaco-hysterica*, wenn es ihnen ans Hertze steiget / ut dicunt, cum difficil. respiratione.

℞. ▽ *Mentha* ℥ij.
Meliss. c. v. ℥j.
Ess. Castor. ℥ß. ad ℥ij.
⌒ ⊖ ✱ *ci simpl. l. anis. liqu. C.C. succin.* ℥j.
(loco horum ei, ut convenit *salsuccini urina*, &c.)
Laud. opiat. gr. iij.
syr. Melissæ ℥vj.
M. S.

Mistura vulneraria in Hernia, ex casu ab alto.

℞. ▽ *Cherefol.*
Herniar. ana ℥ß.
✝ *vini* ℥vj.
Lapill. ♡ prep. ℥j.
Bii diaphor. ℈j.
syr. de symph. Fern. ℥vj.
M. S.
Heilend-Wund-Tränckleín Löffeltweise.

Mistura contra rancedinem ex inspirato aëre inclementiore inveteratam.

℞. ▽ *Hyssopi*
scabiosæ ana ℥j.
asthmat. ℥vj.
☉ *destillat. anis.* gtt. vj.
oxym. squilit. ℥ß.
syr. de erys. Lob. ℥j.
M. S.
Lindernd Tränckleín zur Heiserkeit.

℞. *Syr. de erys. Lobel.* ℥j.
Alth. Fern.
mucil. sem. cydon. c. ▽ *Malv. extr.* ana ℥ß.
bals. ♃is *anis.* gtt. x.
M. f. *Linctus.*

Mixtura contra Asthma humidum pectorale expectorans.

℞. ▽ *Hyssopi* ℥ij.
asthmat. Rad. ℥j.

G. ✱ci ✠ squill. sol. ℥j.
asthmat. Mich. ℥iß.
syr. de Hyss. ℥vj. l. ℥j.
M. D. S.
Lufft-Tränckleín.
detur pro duobus vel tribus dosibus.

Potio seu *Mistura antifebrilis*, ante paroxysmum usurpanda.

℞. ▽ *card. bened.*
fl. samb. ana ℥j.
℞ii diaph. ☿ial. ℈ij.
Corall. r. præp. ℈j.
⊖ *vol. C.C.* gr. xij. l. xvj.
Laud. ferment. gr. ij.
syr. de Mentha ℥ß.
M. S.
Fieber-Tränckleín auff 2. mahl.
detur pro duabus dosibus ante paroxysmum.

Alia: ℞. ▽ *Mentha*
tarax. à ℥ß.
⊖ ✱*ci* ℥ß.
Extr. Gentian. ℈j.
syr. cort. Aurant. ℥ij.
M. pro 1. dosi S.
Fieber-Tränckleín auff einmahl.

Vel: ℞. ▽ *card. bened.* ℥j. ad ℥iß.
cinnam. ℥j. ad ℥iß.
⊖ ✱*ci simpl.* ℥ß.
Extr. Gentian. scrup. ij.
syr. card. bened. ℥iß. ad ℥iij.
M. f. *Potio.* D. S.
Tränckleín auff einmahl.

Capiatur bihorio ante paroxysmum, moderatè tegendo corpus: urgente magis frigore Extracti dosis augeri, item cum extracto theriacali acui potest; magis verò torrente æstu, ut in tertianis ordinariis, spiritus salis ammoniaci auctâ dosi permisceatur.

Alia: ℞. ▽ *cent. minor.*
taraxac. à ℥iß.
Extr. rad. gent. ℥j.
specif. febril. Strobelb. ℥ß.
lapill. ♋ præp.
Bezoard. miner. à scrup. j.
⊖ *vol. C.C.* gr. xv.
syr. menthæ ℥iij.
M. f. *Potio* pro tribus dosibus.
D. S.
Fieber-Tränckleín auff 3. mal.

In febre intermittente scorbutica:

℞. ▽ *card. bened.*
fl. samb. ana ℥ij.
Cochlear. ℥ij.
⊖ ✱*ci* ℥j.
Arcan. dupl. Mynsi. scrup. j.
Corall. r. præp. gr. xv.
syr. scelotyrb. For. ℥j.
M. S.
Mixtur gegen den Scharbock wohl umbzurütteln.

Capitur cochleatim ante & in paroxysmo.

Alio modo: ℞. ▽ *card. ben.*
fl. sambuc. ana ℥iß.
▽ *antiscorb.* ℥j.
Cochlear.
⊖ ✱*ci* ana ℥ij.
Lapill. ♋ præpar.
Ebor. s. △e
Arcan. dupl. ana scrup. ij.
syr. scelotyrb. For. ℥j.
M. f. Potio, pro 4. vel 6. dosibus, assumenda, vel singulis hotis cochl. ij. vel iij.

Quoad proportionem: ℥jv. aquarum respondent ℥jv. spirituum, pro ℥j. ℥ß. uniuscujusque: Deinde adsunt ℈jv. pulverum, ut pro ℥j sint à ℈j ad ℥ß pulverum: Additur de syrupo ad ℥iv. tantùm ℥j, ut hujus ℥j, aquarum respondeant ℥ij; propterea, quoniam potio præscribitur scorbutico, cui saccharum & saccharata solent esse nociva.

Potio pro temperanda *acrimonia bilis*, hoc est, corrigendo acido volatili plus minus oleoso in sanguine, in *febribus ardentibus.*

℞. ▽ *Acetos.*
fl. Papav. erras.
Portulac. ana ℥j.
☽ *di dulc.* l. ⊖ *is dulc.* ℥ß. ad ℥j.
El. diascord. Frac. ℥iß.
syr. Portulac. ℥iij.
M. D. S.
Alteratif-Tränckleín auff einmahl.

Alia pro dicto scopo & contra vagas phlogoses, subinde ægros morbis chronicis afflictos affligentes.

℞. ▽ *Acetos.*
Rubi idæi ana ℥iß.
succ. citri rec. l. *rubi idæi* ℥j.
℞ii diaphor. ℥j.
syr. acetos. citri l. *rubi id.* ℥vj.
☽ *di dulc.* q. s. pro grato sapore.
D. S.
Kühl- und Alteratif-Tränckleín auff etliche mahl;
oder:
Leber- und Miltz-erfrischendes Tränckleín.
dosis cochlear. ij.

Vel:

℞. ▽ *Ceras. nigr.*
flor. Tiliæ ana ℥iß.
℞ii diaphor. scrup. ij.
Bez. miner. scrup. j.
syr. acetos. citri l. *rubi id.* ℥vj.
☽ *di dulc.* q. s. pro grata acid.
M. f. ut *anteà.*

Item:

℞. ▽ *Rubi idæi* ℥ij.
☽ *℞iati* ℥j.
℞ii diaphor. gr. xv.
syr. rubi idæi ℥vj.
M. f. ut *suprà.*

Mistura sudorifera theriacalis in principio *febrium malignarum.*

℞. ▽ *rad. scorzon.* ℥iß.
Bezoard. animal. ℈j.
Extr. theriacal. ℈ß.
♁ destillat. citri gtt. iij.
syr. acetos. citri ℥iß.
M. f. Potio. S.
Schweiß-treibende Mixtur.

Vel: ℞. ▽ *fl. samb.* ℥j.
✠ *corund.* ℥ij.
Theriac. ℥j.
Ras. Unicornu veri gr. xv.
Bez. mineral. ℈ß.
Camph. gr. iij.
M. f. *Potio* pro una dosi.

Potio sudorifero-anodyna in febre maligna, cum cephalalgia & delirio.

℞. ▽ *fl. Acac.*
samb. ana ℥ij.
theriacal. camph. ℥ij.
Gel. C.C. rec. par. ℥j.

C.C.f. △*e* ℥j.
Bezoard. ⊙*ar.* ℈j. l. ʒß.
Extr. theriacal. gr. vj.
Laud. ferment. gr. ij.
syr. fœnic. l. *scord.* ℥vj.
M. S.

Kühlender Kühe-Tranck.

Mistura seu *Potio Analeptica*, quæ *post & sub nimium sudorem* usurpatur *in febribus acutis.*

℞. ▽ *fl. Borrag.*
Bugloss.
Rubi idæi ana ℥j.
Cinnam. ʒiij.
succ. citri rec. ℥vj. l. ℥j. ad ℥iß
conf. alcherm. ʒiß.
syr. rubi idæi
fl. Tunic. ana ℥j.
M. D. S.

Stärck-Trancklein auff etliche mahl.

Mixtura alterans in incremento & statu *febrium continuarum*, plus minus *malignarum.*

℞. ▽ *scord.* ℥iij.
∽ *theriacal.* l. *simpl.* l. *moderatè camph.* ʒiij.
Conf. alcherm. ʒiß.
C.C.f. △*e* scrup. ij.
Bezoard. miner. scrup. j.
⊖ *vol. CC.* l. *viperar.* gr. xv.
M. f. *Potio.* D. S.

Stärck-Trancklein.

Capiatur cochleatim.

Mistura acidula analeptica post nimium sudorem:

℞. ▽ *Ceras. nigr.* ℥iv.
Phlegm. ⊕*li acid.* ℥ß. l. hujus loco *Clyssi* ℥*ii* ℥ij l. ℥ß.
syr. rubi idæi ℥j. ad ℥iß.
M. S. ut *antea.*

Pertinent huc inprimis *Misturæ SYLVII* ex *aceto destillato* cum *lapillis cancrorum*, *coralliis præparatis*, &c. reverà in praxi polychrestæ: quæ vid. *in ejus Praxi l.* 1. *cap.* 9. §. 20. in hæmorrhoidum fluxu nimio; *cap.* 13. §. 53 & *c.* 17. §. 13. ad sudorem suppressum revocandum; & *cap.* 30. §. 135. & 183. & passim alibi.

Mistura antiscorbutica:

℞. *Lactis caprill.* l. *seri lactis depur.* ℔ij.
adde
succ. expr. & depur. Cochlear.
Fumar.
Nasturt. āā ℥ij.
M. D. S.

Scorbutische Milch auff etliche mahl.

Dosis ℥iij. ad v.

Edulcorari potest *saccharo* pro lubitu, & melioris penetrationis ergò cuilibet dosi Essentiæ compositæ cum spiritu cochleariæ paratæ gutt. 30. instillari.

Vel in forma Infusi:

℞. Hb. Nasturt. aquat. M. jv.
Acetosell. c. flor. M. ß.
Contund. in mortario c. f. q.
Stent in loco tepido vel in MB per noctem:
Colaturæ mane ℞. ℔ij.
D. S.

Scorbutischer Tranck.

Dosis ℥iij vel jv. quælibet dosis pro lubitu edulcorari potest.

Vel in *Decocti forma:*

℞. *Lact. caprill.* ℔j. ad ℔iß.
fol. cochlear. M. ij.
nasturt. M. j.
Contusa & mista parum ebulliant in olla clausa, exprimantur & colentur
D. S.

Scorbutische Milch.

In scorbuto admodum proficuum est: Colaturæ ℥jv ad ℥vj bibat æger calide manè, & bihorio ante cœnam: quodsi juncta sit febris, potiùs serum lactis recipiatur.

Potio sudorifera in scabie pro una dosi, ut sudet æger.

℞. ▽ *fl. samb.* ℥j.
∽ *theriacal. camph.* ʒß. ad ʒj.
℥*ii diaphor.* gr. xv.
⊖ *vol. viperar.* ℈ß.
syr. card. bened. l. *cort. aur.* ℥ß.
M. S.

Schweiß-Trancklein auff einmahl.

Potio antipleuritica.

℞. ▽ *card. benedict.*
fl. Papav. err. ana ℥iß.
▽ *bene camph.* ʒiß.
Dent. apri præp.
Maxill. Lucii pisc.
⊖ *vol. maxill. Lucii pisc.* &c. gr. xv.
Laud. opiat. gr. jß. ad ij.
syr. fl. Papav. errat. ℥vj. ad ℥j.
M. f. *Potio.* D. S.

Zertheilend Trancklein auff etlich mahl.

Capiatur pro lubitu cochleatim, semper bene agitando.

Potio in quacunq; hæmorrhagia *D. SYLVIO* valde experta, utut videatur simplex compositum.

℞. ▽ *Plantag.* ℥ij.
Cinnam. ℥vj.
✠ *Rosac.* ℥ß.
Corall. r. præp. ℥ß.
Boli Arm. scrup. j.
sang. Dracon. scrup. ß.
Laud. opiati gr. ij.
syr. Myrtin. ℥vj. ad ℥j.
M. D. S.

Trancklein wider das Bluten wohl umbzurütteln.

Observetur hoc bene, ut, antequam hauriatur, probè agitetur, quoniam pulveres ratione ponderositatis subsident in fundo. Sæpe expertus est hanc Potionem *SYLVIUS*, & ego usus sum felici cum successu hâc ipse, miratusque ipsius efficaciam in hæmorrhagiis quibuscunque.

Observetur hîc proportio: sunt ℥ij aquæ plantaginis his respondent aquæ cinnamomi ceu minus spirituosæ ℥vj, unciæ uni nempe drachmæ tres, aceti ℥ij: Adest pulverum ʒj ut unciæ uni ita respondeat drachma semis: laudani opiati gr. ij. adsunt, & ita pro unaquaq; uncia granum unum: syrupi myrtini si præscribantur ℥vj respondent unciæ uni drachmæ tres; si ℥j, respondet huic ℥ß de syrupo.

De hac potiuncula singulis horis duo vel tria cochlearia sunt assumenda.

Quodsi adsit suspicio sanguinis congrumati in corpore, verbi gratiâ, si sit vomitus sanguinis, ita ut præter indicationem sistendi sanguinem adsit suspicio sanguinis congrumati in stomacho, & necesse sit, ut dissolvatur, adduntur commodè lapilli cancrorum vel antimonium diaphoreticum. Hæc enim dissolvunt sanguinem congrumatum, eumque fluxilem faciunt. Vel si præscribenda

Mistura sistens vomitum cruentum, simulque *sanguinem grumosum* blandè *dissolvens.*

℞. ▽ *urticæ maj. c.* ∽ *u* ⊕*li acidul.* ℥jv.
Cinnam. ∽ *uos.* ℥j.
⊽ *sigillat.* scrup. ij.
Lap. Hæmat. præp. scrup. j.
Laud. opiat. gr. iij.

Syr.

Syr. de Symph. Fernel. ℥vj.
M. D. S.
Anhaltend Tränckleín.

Item: ℞. ▽ *Hyperic.*
plantag. à ℥ij.
succ. cydon. rec. l. granat. l. plantag. rec. expr. ℥vj. ad ℥j.
Lap. Hæmat. præp. ℥ß.
Bol. Arm. scrup. j.
syr. de symph. Fern. q. s.
M.

Potio vel *Mistura* vetulæ præscribenda, *contra apoplexiam* præservans.

℞. ▽ *Lavend.*
Primul. veris
fl. Tiliæ ana ℥j.
apoplect. usit.
∽ *cerasor. nigr.* ana ℥iß.
Ess. prim. veris ℥iij.
⊖ *vol. succin.* ℥ß.
syr. fl. Tunic. ℥j. ad ℥iß.
M. f. *Potio*, D. S.
Hauptstärckend Tränckleín auffetliche mahl.

Dosis sunt duo vel tria cochlearia singulis horis assumenda.

Hæc potio studio debet esse generosa, fortis & penetrans, quoniam spirituosa in apoplexia utramque faciunt paginam, & omnia ingredientia respiciunt caput.

Mistura contra passionem hystericam, seu *colicam convulsivam.*

℞. ▽ *Fœnic.*
Matricar.
flor. samb. ana ℥j.
Ess. Castor. ℥iij.
⊖ *vol. CC.*
succin. ana gr. xij.
Laud. opiat. gr. iij.
syr. cort. Aurant. ℥iij.
M. S.
Stillend Tränckleín.

Hæc potio est odoris & saporis ingrati, sed fit studio, quia tales mulieres non possunt ferre suavia, ideoque & parum syrupi additur.

Vel

℞. ▽ *matricar.*
meliss. à ℥iß.
ess. castor. ℥j.
liqu. C. C. succin. ℥j.
laud. opiat. gr. iij.
syr. menthæ ℥iij.
M. f. ut *antea.*

Alia:

℞. ▽ *Rorismar.* ℥iij.
∽ *carminat. detrib.* ℥j.
Unic. veri præp. ℥ß.
C. C. usti præp. gr. xv.
Laud. hyster. scrup. ß. l. *Laud. ferm.* gr. iij. vel jv.
syr. fl. Tunic. ℥ß.
M. S.
Schmertzstillende Mixtur.

℞. ▽ *flor. til.*
cerasor.
epilept. Lang. à ℥j.
essent. castor. ℥ij.
liqu. C. C. succin. ℥j.
far. lycopod. scrup. ij.
cran. human. s. △e
specif. cephal. à scrup. j.
syr. de stœchade q. s.
M. S.
Haupt-stärckend Tränckleín auff 3. mahl/ oder Löffelweise.

Mixtura corrigens acidum viscidum in infante ex lacte coagulato, simulque laxativa.

℞. ▽ *fœnic.*
menthæ ana ℥vj.
∽ ⊖ ✱ *ci anis.* scrup. j.
syr. rosat. solut. ℥iij.
M.

Potio contra tormina, & imminentem epilepsiam infantum.

℞. ▽ *fl. Tunic.* ℥iß
Unic. veri præp. scrup. j.
Dent. Hippopot. præp. gr. xv.
crystall. præp. scrup. ß.
syr. fœnic. ℥iij.
M. S.
Schmertzstillender Tranck umbzurütteln.

Mistura, quæ promoveat eruptionem Purpuræ in infante, simulque tormina ejus sistat, dum adhuc lactatur.

℞. ▽ *scorzon.* ℥j.
menthæ. ℥ß.
C. C. s. △e
Maxill. Lucii piscis ana ℈ß.
⊖ *vol. C. C.* gr. iij. ad jv.
syr. fumar. simpl. ℥iij.
M. S.
Außtreibend Tränckleín wohl umbzurütteln.

Ex his jam facilè patebit, quomodo sint præscribendæ *Potiones* alterantes, *quarum basis* seu corpus sunt aquæ destillatæ, decocta aut infusa. Subinde usu venit, ut pulveres non misceantur cum potionibus, sed dum pulveres ad unam vel alteram dosin præscribimus, postmodum simul præscribimus etiam potiunculam, ita ut debeant inservire pro vehiculo istius pulveris: v. g. si præscripsissem pulverem quendam sudoriferum in febre maligna pro duabus v. g. vicibus, tunc simul addorem *Potiunculam* pro isto pulvere, quæ *loco vehiculi* esse debet:

℞. ▽ *Galeg.*
scorzon. ana ℥j.
cordial. H. S. ℥ß.
syr. acetos. citri ℥iij.
M. S.
Tränckleín zum Pulver.

EMULSIONES.

Superest specialis, eaque duplex, Misturarum differentia ulterius considerandæ: quarum prior est contractior, adeoque pro aliquot saltem dosibus ad ℥jv, vj vel ad summum ℥viij præscribi solet; & à colore albo opaco, sapore subdulci aut saltem insipido dulci, substantia ingredientium pingui & oleosa, & usu temperandi, potissimùm acrimoniam salsam, lacti similis cum sit, *Emulsio* dicitur, quæ est lactiformis *Potio.*

Hæc satis concinnè à *MORELLO* est descripta: desidero tantùm, quod nimis sit largus in dosibus tam ingredientium quàm ipsius emulsionis, ut monstrabo postmodum. Et quidem ex nomine facilè patet, quod Emulsio sit medicamentum habens consistentiam & formam lactis, simul quoque, quantum fieri potest, debet æmulari gratiam lactis in sapore, unde rarissimè vel nunquam res tetræ & nauseabundæ sunt miscendæ. Tales, utut olim pro scopo

temperandi atque roborandi usurpatæ sint, hodiè tamen & in alios fines adhibentur.

Has autem *tria primaria ingredientia* constituunt:

1. *Semina* oleosa, & *fructus* quasi seminales, nuclei v.g. pinearum & pistaceorum, amygdala, & quidem non omnia semina oleosa: sed quæ habent in se pulpam candidam ac oleosam, cum liquore quodam appropriato facilè friabilem ac dissolubilem, i.e. quæ habent in se succum oleosum seu ℞ aquosum per expressionem eliciendum, utut sint sine sapore & odore insigniori, ut sunt semina portulacæ, papaveris, napi, aquilegiæ, cardui benedicti, cardui Mariæ, semen citri, semina quatuor frigida majora & minora, &c. unde reliqua semina oleosa, ut semen anisi, &c. pro Emulsione sunt inconvenientia.
2. *Liquor*, cum quo subiguntur semina oleosa, ut contusione ac agitatione in mortario, tandem in potionem lacteam abeant, per colationem depurandam, quæ dicitur *Emulsio*: id quod remanet in colatorio, sunt cortices seminum. Liquor hic sunt vel aquæ destillatæ appropriatæ, vel decocta appropriata, v.g. decoctum hordei, tàm simplex, quàm compositum, &c. pro varietate scopi: v.g. in morbis malignis præscribitur aqua bortaginis, galegæ, ulmariæ, decoctum cornu cervi, radicis scorzoneræ, quod habet vim expulsivam & sudoriferam; pro scopo confortativo ▽ cinnamomi, melissæ, liliorum convallium cum vino; in dysenteria conveniens est decoctũ priapi cervi vel ceti; in dysuria seu acrimonia urinæ decoctum malvæ; in emulsionibus antipleuriticis conveniens est decoctũ radicis glycyrrhizæ, quoniam dulcis est saporis, & lenit asperitatem faucium; in emulsionibus viis urinariis destinatis, v.g. seminis violarũ, &c. conveniens est decoctum cicerum rubrorum pro abstergenda mucilagine & promovenda urina.

Hæc est simplicissima formula Emulsionis, cui interdum

3. Simul pulveres albi adduntur, scopo appropriati, ita tamen, ut aquarũ ℥j seminum ʒj vel ℈jv nucleorum ʒij pulverũ addendorũ ℈j. respondeat.

Edulcoratur mistura pro gratia saporis, aut pauco saccharo, vel quodam syrupo appropriato, & ita administratur usu & interno & externo: illo ad Potionẽ, hoc ad Epithemata, de quibus infra, ubi *de Mixturis externis*, refertur. *BORELEUS* pro edulcoratione cõmendat syrupum violarum aut capillorum Veneris, sed malè: nam emulsio debet esse coloris lactei, hi verò syrupi sunt coloris nigricantis & obscuri: Potiùs syrupus de nymphæa & syrupus papaveris possunt præscribi in emulsionibus; si enim rectè sint præparati, sunt coloris albi. Aliquando etiam in illis solvuntur manus Christi perlatæ pro gratia saporis.

Usus talium emulsionum est vel *generalis*, vel *specialis*: *Generalis* est, quod temperent acrimoniam salium mutuò effervescentium, demulceant sitim, temperent æstum: *Specialis* est varij pro varietate seminum aut ingredientium, ex quibus fiunt vel fieri possunt: sic amygdala dulcia admodum temperata & nutritiva sunt; semina 4. frigida diuretica, & usitatè præscribuntur in temperando ardore corporis & cõmodè permiscentur cum semine papaveris albi, ut leniter sopiatur dolor, ut in pleuritide; vel quando opus est leni somno in agrypnia, virium prostratione & jectigatione corporis; semen cardui benedicti & cardui Mariæ præscribuntur in emulsionibus antipleuriticis, & simul addantur pulveres appropriati antipleuritici: Ex semine agni casti & cannabis fit elegans emulsio in gonorrhœa, item in fluore uterino mulierum; potest addi antimonium diaphoreticum, os sepiæ præparatum, succinum præparatum, & erit emulsio admodum elegans in gonorrhœa: semen violarum, milii ⊙is, &c. valdè convenit, ubi est suppressio urinæ, item in affectib⁹ nephriticis, pellit enim urinam, & simul solet per inferius guttur laxare, ad ʒß pro duabus vel tribus dosibus præscribitur: semen cardui benedicti Mariæ, napi, aquilegiæ, citri, &c. præscribuntur in emulsionibus alexipharmacis, in febribus malignis, in variolis & morbillis, in febribus petechialibus: sed observetur, quod semen citri sit amariusculum, & propterea non in æquali dosi præscribitur cum aliis seminibus, sed in minori, ne gratia saporis pereat: Ex semine pœoniæ fiunt Emulsiones, quando metus est epilepsiæ in puerorum variolis, propterea commodè cum seminibus expellentibus permiscetur semen pœoniæ, & sic fit Emulsio antepileptica expulsiva, & dissolvitur in ea, una cum aliis pulveribus pulvis epilepticus Marchionis, qui est coloris albi: Ex nucleis perficorum fit emulsio antinephritica urinam ciens, & calculum leniter movens: propterea etiam aliqualem vim habent somnum inducendi nuclei perficorum.

Quoad Formulas v.g. fit

Emulsio temperans acrimoniam humorum.

℞. *Amygdal. dulc. ambros.* ʒij.
sem. 4. frig. maj. ana ʒj.
Cum f.q. *decoct. hord. simpl.* f. *Emulsio*: edulcoranda cum *Rotulis manus Christi perlatis.*
D. S.
Kühl-Milch.

Hæc potest assumi pro tribus vicibus, vel singulis horis duo vel tria vel quatuor cochlearia.

Emulsio temperans acre salsum, simulq; *somnifera, in incremento febrium continuarum.*

℞. *Amygd. dulc. exc.* ʒij.
sem. papav. alb. ʒj. l. ʒij.
4. *frigid. maj.* ana ʒj.
Cum f.q. ▽ *acetos.* l. *endiv.* f. *Emulsio*:
adde
℥ii *diaphor.*
bezoard miner. ana ℈j ad ʒß
edulcoretur parum, S.
Temperirende Milch.

Emulsio temperans lympham salsam acrem, pectus affligentem, cum nata inde febre symptomatica.

℞. *Amygd dulc. ambros.* ʒiij.
sem. Melon. ʒiß.
Cum f.q. ▽ scabios. f. *Emulsio*:
adde
Maxill. Lucii pisc. ʒß.
Unic. fossil. scrup. ß.
Antihect. Poter. ritè par. scrup. j.
M. edulcoretur parum,
D. S. ut antè.

Emulsio diuretica, laxativa nonnihil.

℞. *Sem. carthami* ℥ß.
violar. ʒij.
▽ *ononid.*
petrosel. à ʒiij.
Contere l.a. in *Emulsionem*: cui expressæ adde
∽ *fragor.* ℥ß.
syr. de alth. Fernel. ℥j.
Misc.

Huc & Emulsio seminis violarum pertinet, quam & *SCHROEDERUS l. 2. Pharm. p. 203.* habet, & aliàs vocatur

Emulsio Nephro-Catharctica,

ita dicta, quod vim habeat ciendi urinam, & laxandi per alvum. E.g.

℞. *Sem.*

℞. *Sem. violar.* ℥iij. l. ℥ß.
Lithosperm. ℥j. l. ℥j.
Cum s.q. ▽ *bacc. ☙ek.* l. *veronic.* vel *fragor.* f. *Emulsio* ad ℥jv.
add.
Lap. Percar. præp. ℥j.
(vel *test. ovor. calcin.*
lapill. cancr. præp.
lapill. percar. præp. à ℥j.)
edulcoretur pauco *saccharo*, vel *julepo rosar.*
D. S.

Eröffnende und Harntreibende Milch auf etlichmal.

℞. *Sem. violar. purp.* ℥ß.
Lithosperm. ℥iß.
c. s. q. ▽ *ononid.* & *Petrosel.*
f. Emulsio: adde
fragor. ℥ß.
Mag. nephritic. ℥iß.
Edulcoretur parum c. *rot. manus Christi perlat.*
D. S. ut *supra.*

Emulsio alterans somnifera in febre continua benigna:

℞. *Sem. Card. Bened.*
Mariæ ana ℥iß.
Papav. alb. ℥ij.
c. s. q. ▽ *rad. Helen.* f. *Emulsio:*
adde
Corall. r. præp. ℥ß.
C.C. s. △e
Ebor. s. △e
Bez. mineral. ana ℈j.
edulcoretur pauco *saccharo*, S.

Ruhe-Milch.

Emulsio expulsiva in variolis, ubi sunt utilissimæ, præprimis ubi tempus ebullitionis adhuc durat, h. e. primis quatuor diebus:

℞. *Sem. Aquileg.*
Napi ana ℥iij.
▽ *ulmar.* ℥vj. (l. hujus ▽ *galegæ* & *Aquileg.* ana ℥ij.)
f. l. a. *Emulsio:*
adde
C.C. s. △e
℥ii diaphor. ana ℥ß.
Bezoar. mineral. gr. xij.
edulcoretur c. *rot. manus Christi perl.*
D. S.

Außtreibende Stärck-Milch wohl um zu rütteln.

Datur pro tribus dosibus, ℥ij, pro dosi, vel horis singulis tria vel quatuor cochlearia assumenda.

Quod si adsit vel jectigatio corporis, vel agrypnia, uti fit in primis diebus ante eruptionem variolarum, additur commode *sem. papav. albi* ℥iß.

Aliter.

℞. *Sem. Aquileg.*
Napi ana ℥iiß.
Citri ℥j.
Cum s. q. ▽ *ulmar.* f. *Emulsio* ad ℥jv. l. ℥vj.
adde
C.C. s. △e ℈ij.
℥ii diaphor. l. *Bezoar. miner.* ℈j.
edulcor. c. l. q. *rotul. manus Christi perlat.*
D. S.

Außtreibende Milch.

Item:

℞. *Sem. Aquileg.* ℥ij.
Card. bened.
Napi
Papav. albi ana ℥j.
▽ *Aquileg.*
Card. bened.
Napi ana ℥ij.
contere l. a. in Emulsionem:
cui expressæ add.
▽ *cinnam.* ~ *mos.* ℥iij.
Unic. fossil. ℈j.
C.C. s. △e ℥j.
Bezoard. miner. scrup. ij.
edulcoretur c. *sacch.*
D. S.

Stärck-Milch

Pertinent huc etiam *Amygdalata* die Mandel-Milche: non enim sunt distincta ab emulsionibus formula, sed tantum ita vocantur, quia basin eorum constituunt Amygdala dulcia usus eorum est in Phthisi, Hectica, Atrophia &c. e. g.

℞. Amygd. dulc. ambros. ℥j.
sem. Papav. albi ℥ij.
c. s. q. ▽ Portul. f. Emulsio spissior ad ℔ß.
Edulcoretur pauco *saccharo.*
D. S.

Stärck- und Ruhe-Milch.

Emulsio Analeptica seu *nutritiva.*

℞. *Amygd. dulc.* ℥ß.
Pincar. non rancid.
Pistac. excort. ana ℥ij.
▽ Borrag.
Buglossæ à ℥iij.
f. *Emulsio*,
adde
▽ *Cinnam.* borrag.
epilept. Lang. ℥ij.
edulcoretur c. saccharo.
D. S.

Stärck-Milch.

Emulsio Analeptica & Hypnotica.

℞. *Sem. Papav. alb.* ℥ß.
Melon. ℥j.
Amygd. dulc. ambr. ℥ij.
cum ▽ *flor. Acac.*
nymph.
sambuci à ℥ij.
f. *Emulsio:*
edulcoretur parum c. *rotul. manus Christi perlat.*
D. S.

Stärckende Ruhe-Milch.

Emulsio antipleuritica.

℞. *Sem. Card. Bened.*
Mariæ ana ℥ij.
c. ℥iv. ▽ *fl. Papav. errat.* f. *Emulsio:*
adde
Maxill. Lucii pisc.
Dent. apri præp. ana ℥ß.
edulcoretur parum c. *rotul. manus Christi*,
D. S.

Lindernde Milch gegen das Seitenstechen.

Vel:

℞. *Hord. ad crepat. coct.*
sem. 4. frig. maj. ana ℥j.
Cum ▽ *fl. Papav. err.* f. *Emulsio:*
adde
Lapill. ♋ *præp.* scrup. ij.
Dent. Hippopot. præp. scrup. j.
Edulcor. c. *pauco syr. de Alth. Fern.* l. saccharo,
D. S.

Kühlende Milch.

Emulsio temperans in æstuatione renum, ardore urinæ, & affectibus nephriticis.

℞. *Sem. 4. frig. maj.* ℥ß.
Papav. alb.
Violar. ana ℥j.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1335-9 DFG

Lapill. ℞ prep. scrup. ij.
Testar. ovor. struth. ʒß.
M. edulcoretur *saccharo*,
D. S.

Linderungs ℞ Milch.

Emulsio ad gonorrhœam benignam.

℞. *Sem. Agni casti* ʒß.
Cannab. ʒij.
c. ▽ *Nymph.* q. s. f. Emulsio:
adde
ossis sep. prep.
succin. alb. prep. āā ʒß. ad scrup. ij.
℥ii diaphor. ʒß.
edulcor. parum c. *saccharo*,
D. S.

Anhaltende Alteratif-Milch.

Hauritur cochleatim, agitando probè, pro dosi cochlearia duo vel tria.

Vel:

℞. *Sem. Cannab.* ℥vj.
Cum s. q. ▽ *fl. Nymph.* f. Emulsio:
adde
Unic. fossil. ʒj.
edulcoretur pauco *saccharo*, vel *syr. Nymphæ*, S.

Sonderliche Milch.

In Emulsionum usu observandum:

1. Ne in nimia quantitate præscribantur, cùm facillimè alterentur, ac in stomacho febrientium fervido rancescant, i. e. abeant in copiosam vermiculorum progeniem, atque tunc fœtorem, nauseabundum & pravum saporem contrahant: hinc rancore suo impediunt legitimum concursum bilis & succi pancreatici; acrimoniam insimul magis sensilem acquirunt & acescunt, excretiones in stomacho impediunt, stomachi digestionem turbant, in morbis calidis acescunt facilè, & stomachum prostratum relinquunt; adeoque malum sæpiùs contumacius reddendo, plus nocent quàm prosunt. Rarissimus igitur sit Emulsionum usus, minori quantitate, nec ultra tres doses præscribantur.
2. Observetur: ne loco nimis calido asserventur.
3. Ne usus earum sit nimis familiaris; quia stomacho multum nocent, laxando tonum ejus, & facili rancore vitiando fermentum ejus, prosternunt appetitum, nauseam inferunt, &c.

Et propterea in minori dosi, nec magis unâ vice, solet præscribi, quàm pro tribus dosibus.

Pro dosi supputanda est ʒiß aut ʒij vel ʒiij. Præterea alio modo etiam præscribuntur cochleatim assumenda singulis horarum vel etiam semihorarum spatiis tria vel quatuor cochlearia: ad horas octo unciæ quinque vel sex pro tribus dosibus, vel etiam pro quatuor ad summum unciæ novem.

Cautelas in præparatione Emulsionum, ne tam facilè corrumpantur, videbitis in *WEDELIO de Comp. Medicamentorum Extemp. pag.* 60.

Præter dicta, etiam Resinosa subinde emulsionem ingredi possunt: hinc hac ratione myrrha salubri consilio emulsioni additur in febribus petechialibus aliisque malignis; sic cum seminibus fit Potio albescens & minus ingrata, utut saporis ratione ad strictè dictas emulsiones minus pertineat. Sit v. g.

Emulsio contra variolas, febres petechiales, & puerperarum Purpuram.

℞. *Cort. citri flavesc.* ʒij l. iij.
Amygd. dulc. ʒj. ad ʒiß.
sem. citri ʒj.
Aquileg.
Card. bened. ana ʒß. ad ℥j.
Myrrhæ el. ʒß.
Misceantur omnia, & redigantur in mortario in formam Emulsionis
c. s. q. ▽ *scordii*, vel *scorzoner*, vel harum ana part. æquat.
edulcoretur parum, S.

Außtreibende Milch.

Nimia myrrhæ acrimonia hic obtunditur per amygdalas & cortices citri.

Conf. *ZWELFFERI Pharmac. Reg. p.* 209. ubi *liquor alexipharmacus*, qui sanè in variolis est egregius: ad cujus imitationem & alii similes præscribi possunt, utut saporis ratione ad strictè dictas emulsiones minus pertineant.

Huc pertinent quoque *Emulsiones Terebinthinatæ* ad affectus renum & vesicæ, v. g. mictum cruentum, urinam suppressam, ulcera renum, &c.

℞. *Terebinth. opt. Venet.* l. *Cypr.* (sic enim præscribitur) ℥ß ad ℥vj.
Vitell. ovi No. j.
Mellis ʒij. ad ℥ß.
Agitentur probè in mortario marmoreo cum pistillo ligneo, donec albescant & dissolvantur cremoris lactis instar, instillando vel infundendo successivè
Vini albi
▽ *fl. Fabar.*
Parietar. ana ℥j. ad ℥iß.
succ. l. syrup. acetos. citri ℥j.
Misc. probè, D. S.

Sonderliche Milch auff etlich mahl.

Usurpatur pro haustibus duobus vel tribus in calculo renum, & supra dictis partium urinariarum affectibus.

Potest etiam addi pro varietate scopi *Rhabarb. pulveris.* ʒij, ubi opus est laxatione: vel ubi dolor est gravativus, loco syrupi acetositatis citri & rhabarbari, potest addi *syrupus de papavere*, vel etiam aliquot grana *laudani opiati.*

Sine vitello ovi non potest misceri *Terebinthina*, & pro lubitu instillatur, prout magis vel minus spissa expetitur emulsio: quin ex sola *Terebinthina* cum *vitello ovi* in *aqua fragorum* talis *emulsio* parari potest. Quoad hujusmodi generis emulsiones, conf. inprimis *PLATERUS in suis Observationibus*, ubi *de affectibus urinariis.*

Pertinet huc quoque Modernorum Inventum, qui misturas lacteas instar emulsionum, laxantes æquè ac purgantes, parant, ex resinosis inprimis constantes: præter emulsionem enim seminis carthami, additione vel radicis mechoacannæ, vel resinæ scammonii aut jalappæ acuendam, passim notam, resinæ cum aqua artificiosè sociatæ, & ita resolutæ, emulsioniformes portiones potenter laxativas reddunt; de quibus etiam observatum fuit, quod hac forma blandius longè simulque copiosius evacuetur nostrum corpus. Diversi autem modi sunt: e. g.

℞. *Sem. Carthami* ʒiij. ad ℥ß.
c. s. q. ▽ *flor. Persic.* f. *Emulsio*:
adde
Rad. Mechoacann. albiss. ℈j. ad ʒß.
Edulcoretur c. *rot manus Christi perlat.*
D. S.

Laxier-Milch.

Hæc

Hæc autem propter copiam est tædiosa. Melius ex resinis & resinosis parantur, v. g. *Emulsio catharctica* ad imitationem *TIMÆI:*

℞. *Sem. melon. exc.* ℥ß ad ℥j.
res. jalappæ gr.vij. ix. ad scrup. ß.
Conterantur l. a. in Emulsionem cum
▽ *rosar.* ℥j.
cui expressæ adde
▽ *cinnam.* ℥j. ad ℥ij.
∽ *rosar.* ℈ß. l. ℈j.
edulcoretur c. *rotul. manus Christi per lat.* S.

Purgier-Milch.

Parari etiam solet loco aquæ rosarum cum *sola aqua cinnamomi*, vel cum *julepo rosarum*, sensim affundendo. *STYLVIO* in Belgio, & *ROLFINCCIO* Jenæ, in usu fui: *Emulsio* ex scammonio parata cum succo citri, aut in ejus defectu aqua cichorii sylvestris; c. g.

℞. *Scamm.* ♃ *at.* scrup. ß. vel gr. xv. in robustioribus ad scrup. j.
Cum s. q. ▽ rosar. &c. v. g. ℥ß, agitetur probè in mortario lapideo, & statim liquor lacteescet instar lactis candidissimi, qui postmodum decantetur à fecibus.
Edulcoretur pauco saccharo, S.

Purgier-Milch.

Sufficienter operatur. Aeui etiam potest aqua cum pauco *olei tartari per deliquium*; sic corrigitur sapor scammonii.

Item

℞. *Resin. Jalapp.* scrup. ß.
Dissolv. in s. q. vitelli ovi;
& c. ▽ fœnic. ℥ß. f. Emulsio:
adde
▽ *cinnam.* ℥j ad ℥ij.
edulcoretur pauco *saccharo.*

Et hæc est optima forma Potionum purgantium sub forma emulsionum resinosarum, quæ potentius operatur, quàm ejusdem resinæ eadem dosis alia sub forma, dissolvente illius texturam vitello ovi, cujus medio minutis sub particulis undique fluidis corporis permiscetur & associatur. Vitellum ovi resolvit radicitus resinas, easq; aquis pertinaciter inhærere facit, adeò ut tardiùs in fundum secedant.

Impropriè etiam vocantur Emulsiones misturæ ex aquis, mediantibus solis pulveribus candidis paratæ, utut nil de dictis seminibus in se contineant, sed potius propter similitudinem coloris & consistentiæ vocantur Emulsiones. Quo pertinent superstitionis basi superstructæ die Perlen-Milche; Tales enim misturæ propter similitudinem coloris & consistentiæ vocantur Emulsiones. Exempli loco sit

Emulsio febrilis impropriè sic dicta:

℞. ▽ *Cent. min.* ℥j.
Cinnam. ℥ij. l. iij.
specif. febril. Strobelb. ℥j.
℥ii *diaphoret.* gr. xv.
edulcor. c. pauco *saccharo*
D. S.

Fieber-Milch wohl umbzurütteln auff einmahl.

In statu variolarum & morbillorum.

℞. ▽ *Aquileg.*
Card. bened.
Napi ana ℥j.
Cinnam. ∽ *uos.* ℥iß.
C.C.s. △*e* ℥ß.
Bezoard. miner. scrup. j.
Unic. fossil. scrup. ß.
sacch. albiss. q. s.
M. D. S.

Stärck-Milch.

Emulsio Cosmetica.

℞. ▽ *rosar.* l. *sperm. ran.* ℥iß. aut qu. v.
instilletur *Ess. Benzoes* qu. v.
f. *Mistura lactea*,

quæ pro facici ac manuum leni abluitione cum spontanea exsiccatione adhiberi potest: quin & præterea de Cosmetico ex marcasita aliquid addi.

Hæc de Emulsionibus pro usu interno. Interdum etiam fit, ut parentur Emulsiones pro usu externo, pro epithematis fronti & capiti applicandis in nimiis vigiliis, doloribus capitis, item deliriis & similibus aliis affectibus, in quibus fiunt Emulsiones tenues admodum ac fluidæ, cum linteis duplicatis applicandæ. Dico tenues ac fluidæ, ita ut pro drachma una seminum, unciæ duæ vel plures assumantur liquoris. Formulas dabo infra, ubi de mixturis externis.

JULEPI.

Altera specialis misturæ differentia est Potio dilutior rubicunda, quæ in majori dosi pro frequentiore usu præscripta, in febribus inprimis usitata, dicitur *Julepus*; unde & potando crebrius assumi solet. Arabum sunt inventa; & loco potus ordinarii sæpè præscribuntur. Scopus est temperandi in febribus clamosam sitim, & præcordiorum æstum ac ardorem, ac mitigandi anxiosam molestiam ipsis ægris non satis explicabilem, unde ob crebriorem usum præ aliis coloris inprimis rubelli saporis suaviter aciduli & leniter in recessu quasi pungentis & odoris jucundioris gratia in iis attendi debet. Præscribuntur eodem modo ac aliæ Potiones, saltem quod tenuioris debeant esse consistentiæ.

Julepis autem inservit aqua vel vulgaris vel medicata. His adduntur dissolvenda, ut syrupi, succi, tincturæ, spiritus inprimis minerales, &c. hac proportione, ut libræ uni corporis aquei respondeant syrupi unciæ duæ, & succorum unciæ duæ, tincturæ drachmæ duæ ad summum drachmæ tres, spiritus mineralis acidi quantum sufficit pro grato sapore. Et hæc proportio valet, si conjunctim misceantur cum syrupo; sin verò seorsim, augeatur eorum dosis. Loco mineralium spirituum salis, nitri & sulphuris, Julepis commiscendorum, sæpe succi vegetabiles soli adduntur. Spiritus quidem hi mineralium texturæ sunt firmioris, minus & tardius ob id in nobis alterabiles potentiùs tamen resolvunt, abstergunt & magis diuretici sunt. Ast nimis à constitutivis nostris alieni sunt vix citra ventriculi laborem & primarum viarum alterationes, nisi cautè & cum spiritu vini dulcificati administrentur, ferre possunt, adeoque temperata in Praxi semper sunt optima. Succi verò isti vegetabilium, sulphure medicati, ac ista ab alteratione quavis præservati, & sponte sua quicquid est contentorum fermentescibilium, seposuerunt, adeò, ut saltem acor nativus, phlegmate sufficienter dilutus, supersit longè suavius & blandius, absque mali cujusvis suspicione ferri à nobis possunt, unde horum potiùs quàm illorum, sub frequenti Juleporum repetitione rationem habendam existimo. Decætero, quò simpliciora eò meliora talia sunt julapia, adeò, ut inter illorum locum vel aqua simplex, aut cerevisia secundaria, cum tertia vel quarta vini parte dilutus, cum infusione corticum aut taleolorum citri, quibus & sacchari parum pro lubitu addi potest, subinde substitui queant. Dissolvuntur etiam interdum in Julepis gelatinæ, vel ex cornu cervi, vel ex cranio humano, vel ex similibus aliis paratæ,

quæ

quæ sine sapore, odore, & sine omni nausea possunt hauriri. Exemplum esto talis

Julepi in febribus malignis pro temperando æstu atque siti.

℞. ▽ *simpl.* ℔ iß.
Vini Rhenani ℥ix.
Mistis his addatur
Pomum citri dissect. & nonnihil express.
Gel. C.C. rec. par. ʒ ij.
M. f. *Julepus.*

Observandum hic:

1. *Vinum* omnibus febricitantibus necessariò dari.
2. *Gelatinam* his per se misceri non posse, nisi super carbones in cochleari teneatur; ita enim dissolvi, & misturæ addi potest.

Talis Julepus servat corpus in diaphoresi, nec stomacho nocet propter vinum, & gelatina est appropriata. Cum enim quavis in febre humorum quorumvis præternaturalis commotio, perturbatusque in iisdem, in specie in sanguine, observetur motus intestinus, vitiari hi ulterius à Julepis magis compositis, & ita facilè fermentantibus, sicq; vim digestivam debilem eludentibus, syrupis præsertim aut saccharo copiosiùs imprægnatis, poterunt. Unde si corpus Julepi decoctum vel infusum quoddam constituat, cætera addenda, & pauciora & diluta magis esse debent. Quò simplicior ex opposito fuerit, minus ventriculum gravat, nec præcordia inflat, facilè transit, primas vias diluit & abstergit, acriora contenta temperat, & diureseos ac diaphoreseos negotium facilitat. Sit exemplum

Julepi in nimia siti & æstu febris tertianæ.

℞. ▽ *fontan.* ℔ j.
℞ *fl. bellid.* ʒ iß. l. ʒ ij.
syr. ribium
rubi idei ana ʒ iß ad ʒ ij.
∽ *Oi dulc.* l. *Oli* q. s. pro grato sapore.
D. S.

Kühl-Julep gehen den Durst.

Vel:

℞. ▽ *fontan.* ℔ ij.
cinnam. ʒ ß.
succ. citr. rec. ʒ ß.
∽ *Oi* parum q. s. pro grato sapore S.

Kühl- und Stärck-Julep.

Interim cautè hic mercandum; nihil enim magis auget febres, quam si in paroxysmo febrium in nimio æstu nimium bibatur.

Julepus in febre ardente:

℞. ▽ *comm.* ℔ j.
℞ *Rosar.* ʒ ij.
syr. Berber.
de Jujub. ana ʒ j.
∽ *Aqis per camp.* q. s. pro grato sapore,
D. S.

Kühl-Julep.

Interdum sumuntur aquæ destillatæ appropriatæ loco aquæ simplicis v.g.

Julepus in nimia siti & æstu Tertiana.

℞. ▽ *Acetos.*
Cichor.
Endiv. ana ʒ iv.
succ. Berber.
cydonior.
syr. fl. Pap. errat.
Rosar.
Violar. ana ʒ ß.
℞ *fl. Papav. errat.*
rosar.
violar. ana ʒ j.
∽ *Eli Philos.* l. *Ois* parum,
Misc. pro *Julepo.*

℞. ▽ *Acetos.*
Cichor.
Endiv. ana ℔ ß.
succ. cydon. ʒ iß. ad ʒ iij.
℞ *fl. Bellid.* ʒ iij.
syr. violar. q. s. pro sapore
M. D. S.

Kühl- und Stärck-Julep.

Julepus in Causo:

℞. ▽ *Acetos.*
Cichor.
Endiv. ana ℔ ß.
succ. Berber.
Cydon. ana ʒ ij.
syr. acetos. citri ʒ j.
℞ *fl. Bellid.* q. s. pro grato acore & colore,
D. S.

Kühl- und Stärck-Julep auff etliche mahl.

Hic omissi sunt spiritus minerales, quia mistura ob succum citri per se est acida.

Alius *Julepus in febre ardente, in qua suspicio subest malignitatis.*

℞. ▽ *Acetos.* ℔ ß.
succ. Berber.
Ribium ana ʒ j.
syr. acetos. citri ʒ ß.
M. S. ut *anteà.*

In febribus cum diarrhœa, ubi Julepi præscribendi loco syruporum & similium commodè dissolvitur succus & syrupus cydoniorum: uti etiam gelatina cornu cervi, quæ est egregia in diarrhœa maligna epidemica.

Interdum pro corpore Juleporum quidam hordeacea sumunt decocta, sed malè; Est enim decoctum crudum, unde & ipsi illi Medici dicunt, quod crebriùs usurpata flatulentias inferant. Potiùs ergo aqua fontana, vel decocto quodam alterante usitato, cornu cervi, radicis scorzoneræ, &c. pro corpore Juleporum, quam decocto hordei & aquis destillatis, utendum esse; quin & hæ crebriori usu manifestam ventriculi atoniam inducant. Si ergo præscribendus

Julepus blandus *in nimia siti & æstu post exercitium tempore æstivo* institutum.

℞. *Decoct. alterant. c.* ▽ *Rubi id. fact.* ℔ j.
succ. citri ʒ j.
syr. acetos. citri ʒ iß.
∽ *Ois dulc.* q. s. pro grato acore
D. S.

Alterirender Julep.

Julepus analepticus contra dysenteriam

℞. *Ras. Priapi cetl* ʒ j.
rad. Torment. ʒ iij. ad ʒ ß.
Coqu. in s. q. ▽ simpl.
Colat. ℞. ℔ ß. adde
▽ cinnam. ʒ iß. ad ʒ iij.
syr. corall. querc. vel de symph.
Fernel. ʒ ß.
M. pro Julepo, S.

Anhaltender Julep.

Julepus in Causo:

℞. *Dec. rad. scorz. c. C.C.* ℔ j.
succ. Berber.

succ. rib.

Succ. ribium aa. ℥ß. ad ℥j.
Tinctur Rosar.
Violar. aa. ʒj. ad ʒij.
Syr. de succo Citri ʒj. ad ℥ij.
M. D. S.

Kühl-Julep auff etliche mahl.

Si non sufficienter acidus est, addatur *spiritus salis* parum.

Vel:

℞. *Decoct. Citri* lb. j.
Succ. Ribium ℥j.
Tinctur. Violar. ʒj.
Syr. rubi idæi ℥ij.
M. S.

Stärckender Julep.

℞. *Decoct rad. Scorz.* lb. j. ß.
Tinctur. fl. Bellid.
Rosar.
Violar. aa. ʒj.
Syr Rosar. r. ℥iij.
Aq. q. s. pro grato sapore.
M. S.

Kühl-Julep gegen die Hitze.

Julepus in febre maligna, in qua corpus est disponendum ad lenem sudorem vel diaphoresin, & etiam interna malignitas appropriatis compescenda:

℞. *Decoct. C. C. c. rad. Scorz.* lb. j.
Succ. Citri rec. expr. ℥ij.
℞ *fl. Aquileg.* ℥ij.
Syr. de succo Borrag.
Citri aa. ʒvj.
Aq. dulc. q. s. pro grato sapore.
D. S.

Stärck- und auffstreibender Julep auff etliche mahl.

℞. *Decoct. rad. Scorz. c. C. C.* lb. j.
Succ. Rubi idæi ℥ij
Citri ℥j.
Gel. C. C. ℥j. ad ℥iß.
Syr. Acetos. Citri q. s. pro grato sapore.
D. S.

Stärck-Julep.

Aliter:

℞. *Decoct. C. C.* lb. j. ß.
Gel. C. C. rec. ℥iß.
Succ. Citri
Ribium.
Rubi idæi aa. ℥j.
▽ *Cinnam.* ʒvj.
Syr. Berber. l. *Papav. alb.* l. *Papav. errat.* q. s. pro gratia,
D. S.

Stärck-Julep.

Interdum, ubi scopus est simul servare alvum apertam, non inconveniens est dissolvere pulpam tamarindorum, in liquore appropriato; quoniam est acida, blandè refrigerat, & effervescentias compescit, & præterea, uti notum est, alvum laxam servat. Vel loco liquoris adsumitur Decoctum tamarindorum acidulum, in quo decocto minus de acidis postmodum dissolvendum est, quoniam ipsum per se est subacidum. E. g. fit

Julepus alterans & laxans in Quartana scorbutica:

℞. *Passul. min.* ℥iv.
Pulp. Tamarind. ℥. ij.
Coqu. in s. q. ▽ simpl.
Colat. lb. j. ß. adde
▽ *Cinnam.* ʒvj. *nos.* ʒij.
Cochlear. ʒj.
Succ. Citri rec. ℥iij.
M. S.

Erweichender Julep.

Ex Citro etiam egregii possunt fieri *Julepi in febribus ardentibus malignis*; si *poma citrea*, nimirum *pulpa & cortex flavus*, exemptis seminibus, coquantur in *aqua appropriata*: post decoctionem recipiatur colatura, cui addatur *Syrupi acetositatis Citri* quantum sufficit, habitâ ratione decocti, & misceantur aliquot drachmæ *Elixir citri* pro gratia saporis, & majori efficaciâ.

Hic est modus consuetus parandi Julepos. Nihilominus loco corporis in Julebis serum lactis depuratum inservire solet, quod optimum est tam in febribus ardentibus malignis, quàm speciatim scorbuticis, in quibus serum lactis per se est appropriatum: in specie, si solvantur in hoc appropriata scorbuto resistentia; depuratur autem optimè per infusionem succi citri. Si ergò præscribendus

Julepus in febre scorbutica, qui alvum simul apertam servat,

℞. *Seri lact. depur.* lb. j.
Decoct. Tamarind. (qui per se valdè conveniunt in scorbuto, & post citrum sunt optimi) lb. ß.
Succi Citri rec. ʒvj. l. ℥j. ad ℥iß.
(ne nimis fiat acidus)
Syr. scelotyrb. For. l. ex toto Citro ℥iij.
M. f. Julepus,
S.

Kühl- und Laxierender Stärck-Julep im Scharbock.

Additur decoctum Tamarindorum ob vim laxandi & antiscorbuticam.

Julepus in quartanâ scorbutica alterans & laxans.

℞. *Decoct. Passul. min. in sero lact. depur.* lb. j ß.
adde
Succ. Cochlear per resident. depur. ℥iij.
Citri rec. ℥j.
M. S. ut *antea*.

Adhuc alio modo ex tempore fiunt Julepi per modum infusi extemporanei, ex floribus siccis, irroratis, cum spiritu appropriato, & infusis in liquorem vel potum appropriatum; & sic etiam, subito emergit Tinctura, qua post filtrationem, Syrupo appropriato conjuncta, dat Julepum non inelegantem. Sic v. g. si præscribendus

Julepus per modum infusi *extemporaneus in nimia siti & æstu* post exercitium, tempore æstivo institutum.

℞. *Flor. Bellid.* M. ij.
Infund. in s. q. *Aqua Rubi idæi, acidul. c. s.* q. *Ais per camp.*
stent in loco tepido per noctem:
Colatur. lb. j. ß. manè add.
Syr. acetos. Citri ℥ij.
Rubi idæi ℥j.
M. S.

Kühl- und Stärck-Julep.

Julepus citratus ad imitationem decocti Citri Mynsichti.

℞. *Pom. Citr.* No. iij.
in taleolos dissecta conspergantur *saccharo albo:*
coqu. leniter in s. q. *Aq. citri* l. *simpl.*
Colat. lb. j. ß. l. lb. ij. adde.

Succ. Citri rec. ℥iij. l. ℥jv,
& si opus fuerit, etiam
℞ ⊖*is dulcis* parum,
flor. Papav. errat.
Rosar. aa. M. j.
stent in loco tepido in infusione
ad extractionem Ræ,
Colatura cum levi ebullitione
S.

Stärckender Citronen Julep.

Loco sacchari addi potest
Syr. ex toto citro ℥iß. ad ℥iij,
Eleosacch. Citr. ℥j.
Julepus dilutus per infusionem parandus in *febre tertiana.*
℞. *Fl. Rosar.*
Tunic.
Violar. aa. M. j.
Infund. in s. q. ▽ *cujusd. appropr.*
℞*u* △*us per camp acidul.*
stent in MB ad extractionem Ræ
Colatur. ℔iß. adde
Syr. Berber.
ex toto Citro
de Jujub. aa. ℥j.
M. S

Hertzstärckender Julep.

Julepus per infusionem in Pleuritide.
℞. *Fl. Papav. err.* M. j.
Violar. M. ß.
Infund. in s. q. ▽ *font.* l. ▽ *fl. Papav. err. c. s. q.* ℞ △*us per camp. acidul.*
stent in MB. ad extractionem Tincturæ;
Colat ℔iß. adde
Syr. de Jujub.
Papav. errat.
de scabiosa aa. ℥j. ad ℥ij.
M. D. S

Kühl-Julep auff etlich mahl.

Vel:
℞. *Flor. Papav. err.*
Rosar. r. aa. M. ß.
Infund. in ℔iß. *Aqua comm.* aut *Aqua fl. papav. errat.* aut *seri lactis depur. acidulata leniter cum* ℞*u* △*is per camp.*
stent in loco calido in MB ad extractionem Tincturæ
addendo
Syr. Jujubin. ℥ii.
Violar. ℥j.
M. pro *Julepo.*
Sic etiam *hepatitide, & Peripneumonia, cum febre acuta conjunctis*, posset præscribi talis *Julepus* ex tempore *per infusionem florum.*
℞. *Flor. Papav. err.* p. ij.
Rosar.
Violar. aa. p. j.
Irrorentur parum c. ℞*u* ⊖*i.*
affunde
Decoct. alterant. usit. ℔j.
stent in loco tepido per horas aliquot, postea filtretur & adduntur
Syr. fl. papav. errat.
Ribium aa. ℥vj.
M. D. S.

Kühl-Julep auff etliche mahl.

Item secundum alios *ex conservis*, dissolutis in liquore appropriato, parum acidulato. Modus est non inelegans, neque etiam infrequens: Sic v. g.

In febribus ardentibus cum affectibus capitis conjunctis posset fieri talis *Julepus:*
℞. *Cons. Acetos.*
fl. Beton.
Nymph.
Tunic. aa. ℥ß ℥vj. ad ℥j.
Dissolv. in s. q. *Aqua Endiv. & Galegæ*, vel in *decoct. C. C. c. rad. Scorz.* agitentur probe c. pistillo, vel stent ad aliquot horas in loco calido, donec dissolutæ sint conservæ: Colaturæ filtratæ
adde
℞ ⊖*is* q. s. pro grat. saporis.
D. S.

Kühl- und Stärck Julep auff etlich mahl.

Vel *in Pleuritide*:
℞. *Cons. fl. Rosar.*
Tunic.
Violar. l. *Acetosell.* aa. ℥ß. ad ℥j.
Succ. Ribium ℥vj. ad ℥ij.
Affund. s. q. *Decoct. rad. Scorzoner. c. C. C.* vel *Aquæ comm.* vel *Aquæ cujusvis.*
Dissolvantur in mortario cum pistillo, clausoque vase ad unam vel alteram horam leniter ebulliant.
Colat. lb. iß. adde
℞ *fl. Bellid.* q. s. pro grato sapore,
D. S.

Stärck- und Kühl-Julep.

Ea quæ habet *MORELLUS* de admiscendis confectis pulveribus & similibus, non amplius sunt in usu, quoniam Julepos faciunt ingratos.

Inter dissolvenda referendum etiam est Rob Sambuci, quod non incommodè ad aliquot drachmas potest dissolvi in liquore appropriato, & additis convenientibus fieri Julepus, valde conveniens in febribus conjunctis cum erysipelate. Exemplum talis:

Julepi in Pleuritide; in qua pleura & pulmo est obsessus inflammatione erysipelacea, & quasi erysipelate interno,

est tale:

℞. *Decoct fl. papav. errat.* ℥viij.
Succ. Violar. (propter facilem exspuitionem) ℥j.
Rob Sambuci ℥ij.
Syr. fl. Papav. errat.
Papav. alb. aa. ℥ß.
℞ ⊖*i dulcis* (qui est appropriatus in pleuritide & omni erysipelate interno) q. s. pro grato sapore,
M. D. S.

Kühl-Julep gegen das Seitenstechen.

Ubi verò opus est, ut materia rejiciatur per os, sub forma tussis & sputi, ibi Julepi expectorantes præscribuntur, in quibus basis est decoctum radicis glycyrhizæ, vel decoctum radicis glycyrhizæ cum scorzonera, & similia, & in his postmodum, additis addendis, etiam potest dissolvi spiritus nitri dulcis, qui egregie incidit materiam crassam, & adjuvat expectorationem.

Moderni Medici non sine singulari ratione Julepis suis solent addere spiritum vini aut alium liquorem appropriatum unà cum spiritu acido minerali; quoniam certum est, quod talis vini spiritus egregiè soleat compescere sitim, atque etiam in nimia inflammatione conjunctus cum spiritu

acido

acido præferendus sit ipsi spiritui acido simplici; unde *B. D. LANGIUS* in usu habuit talem *julepum*:

℞. ▽ *fontan.* l. *cujusd. appropr.* ℥xv.
▽ *rectif.* ℥j.
Rob Samb. ʒij.
∼ ⊕ *i* parum.
M. pro *Juiepo:*

in febribus ardentibus, tam simplicibus quam malignis.

MISTURÆ EXTERNÆ.

Externè pariter usurpantur *Misturæ*, quæ tamen sunt variæ, ex iisdem quidem ingredientibus pro usu externo diversimode præparatæ, sed pro varietate partium ac usus subinde variandæ, adeo, ut certis legibus vix coërceri possint: Ob hanc igitur varietatem, post experientiam, Medici Judicium primatum obtinet. Si externæ saltem corporis partium superficiei mediante linteamine, vel simplici vel multiplicato, aut panno scarlatino, calidè, tepidè, frigidè, repetitis vicibus, nunc singulis horis, nunc singulis dimidiis horis, nunc singulis duabus vel tribus horis, pro varietate circumstantiæ & urgentiæ, applicantur, in genere *Epithemata* dicuntur, quæ subinde in specie pro diversitate locorum, quibus applicantur, varias etiam & speciales acquirunt appellationes: ut, quæ oculis applicantur, *Collyria humida*; quæ fronti, *Frontalia*; quæ naribus, *Errhina liquida*; quæ dentibus & gingivis *Liquores dentifricii*, &c. audiunt.

EPITHEMATA.

Epithemata ex vi nominis in genere significant quæcunque remedia externè applicata, & ità latissimè se extendit vox Epithematis. Nihilominus hodierno, & quidem specialiori usu, Epithema hoc tantùm appellatur, quod sub forma liquida & aquosa partibus debilioribus, vel ad alterandum, vel, uti vocant, ad corroborandum, adhibetur: Et hac ratione excluduntur Epithemata, quæ vocantur sicca seu solida; quoniam hæc ad alias formulas pertinent, uti postmodum videbimus. Propriè ergò Epithemata, de liquidis quæ fiunt, dicenda sunt.

Quodergò attinet *formulam Epithematis*, in ea consideranda est imprimis *Materia* seu *liquor*, qui scilicet cum linteis est applicandus parti appropriatæ affectæ: Nam Epithema consistit in hoc, ut cum linteis aut panno scarlatino applicetur ceu fomentum humidum, nisi quod usu & frequentiori applicatione differant.

Materia sunt *decocta liquidissima*, seu quæ ingrediuntur pauca vegetabilia, eademque coquuntur cum copiosa aqua, & usitatiùs aquæ destillatæ adhibentur, tam simplices quam compositæ, tam unica, quàm plures parti affectæ accommodatæ. Interdum his ipsis additur etiam *vinum*, ubi opus est aliquali refocillatione & restauratione, uti etiam *aquæ spirituosæ* pro eodem scopo; interdum pro penetratione meliori additur etiam *acetum*: sed tantùm istud in Epithematis, quæ capiti sunt applicanda, in moderata dosi debet misceri, propterea, quoniam odor aceti solet inducere agrypniam, & arcere somnum; unde notum est, quod in lethargo & nimiis somnolentiis applicetur acetum naribus, ad arcendum nimium somnum. Interdum recipiuntur etiam alii *succi*, v. g. succus cancrorum fluviatilium expressus, qui imprimis applicatur fronti in febribus ardentibus, ubi adsunt nimiæ vigiliæ, item ubi adsunt deliria, ubi adsunt cephalalgiæ, & similia mala febrium ardentium malignarum, qui succus non rarò aliis permisceetur: Item non rarò recipitur succus semper vivi majoris contusione expressus, qui similiter pro refrigeratione & compescendo æstu, ac exinde ortis affectibus, commodè usurpatur. *Lac muliebre* vel solum non rarò loco Epithematis inservit, sive sit demulcenda cephalalgia scorbutica, sive sit inducendus somnus in agrypniis nimiis pertinacibus.

Proportio & quantitas Epithematis est in *MORELLO*, qui videatur, ubi noto; interdum Epithemata tantum ad libram semis præscribi.

Observandum autem in genere, ejusmodi Misturas externas vel solum usurpari; v. g. quando oculis applicantur, & vel mediatè vel immediatè operationem suam exercere, partes alterare, & sanguinis circulo totum corpus afficere: Illud in epithematibus hepaticis & alterativis; hoc in collyriis fieri solet. Ergò legitimè præscribantur. Quodsi enim Epithemati immediatus cum parte affecta concedatur contactus, ut in scabie, ulceribus, &c. misturæ pro indicationum ratione componi poterunt. Ast si pro commodo partium internarum, & principaliter viscerum, hepatis, lienis, ventriculi, cordis, &c. adhibenda veniunt, observandum.

(1) cum altius penetrare seque insinuare debeant, hinc inutilia in iis sunt adstringentia, crassiora, fixiora & terrea duriora; & ex hoc fundamento rejicienda sunt aliorum Epithemata, cordialia, analeptica, epatica, &c. quæ perlæ, corallia rubra, cortices citri, corticis aurantiorum, lignum aloës, aqua buglossæ & similia ingrediuntur, quæ prorsus frustranea sunt, & cum ad interiora penetrare nequeant ejusmodi pulveres fixi, duri, nullam pariter commodum atque usum habere poterunt: quin potius subtiliora, penetrantia, & similes particulæ, quæ vehementiori paulo motu operationes suas exerunt, adhibenda sunt, qualia sunt spiritus, camphora, quæ potenter penetrat, & utiliter permisceetur epithematis quarumcunque partium, ubi opus est resolutione & discussione, & ut resistatur malignitati: item crocus, qui & ipse est penetrans & valde volatilis, non sine successu potest permisceri epithematis; sicuti etiam opium, ubi opus est lenire dolorem, & ut inducatur somnus, commode permisceetur cum epithematis: Theriaca nonnunquam, aut etiam Confectio Alchermes, dissolvitur non inconvenienter in epithematis, quæ pulsui aut cordi applicantur in febribus malignis: convenientius tamen est, ut recipiatur spiritus theriacalis camphoratus, vel essentia theriacæ, quoniam sunt penetrantiores quam theriaca ipsa, nisi febris nimis ardens obstiterit; aut si recipiatur theriaca, vel confectio alchermes, non inconvenienter additur acetum, ut inserviat loco vehiculi ratione penetrationis, ut promptiùs & meliùs operentur Epithemata. Sunt etiam qui aquis istis & liquoribus addunt pulveres ex seminibus contusis paratos: Cæterùm convenientior modus est iste, ut ex istis seminibus cum aqua appropriata fiat emulsio admodum tenuis & fluida, & eadem postmodum instar epithematis applicetur.

(2). Cum Epithemata pro partium internarum commodo fere, aut sanè ut plurimum, calide applicata, minus diu calorem adscititium conservent

vent, quin facilè intepescant, ne dicam refrigerentur; per talia in febribus malignis sæpè exitus denegatur fermento maligno, quandoquidem ad attactum eorum humiditate tepida aut frigidâ ingratâ uti quilibet in se experiri potest, fibræ stringantur, pori cutis se claudunt, dumque clauduntur, tota cutis se stringit, interdum per consensum totius oritur quasi horripilatio, adeòque non solum insensilis transpiratio notabiliter imminuitur, quin & metastasis, quam natura in acutis subinde intendit, ex universo ad membra particularia cohibetur. Unde & Frontalia & Epithemata præcordiis applicanda in morbis malignis, cum excretione cutanea conjunctis; v. g. in variolis & morbillis, in febribus petechialibus, imo ipsa peste, merito hodie suspecta, imò rejecta sunt, ne scilicet admotione eorum nimis crebrò detegatur corpus, aut etiam iis non satis calidis impediatur expulsio, clausis ob aliqualem refrigerationem poris; non secus ac ea suspecta sunt, quæ pulsibus applicantur, cum saltim ratione odoris operentur. Hepatis pariter regioni in affectibus calidis, item in hæmorrhagia narium, talia frigidè applicari jubent: sed præter alterationem sanguinis subitaneam, forsan & nimiam, visceris læsio, experientiâ hoc fere confirmante, metuenda, ne tali occasione vel diarrhœa quibusdam superveniat, vel in aliis dispositio præternaturalis hepatis, scirrhosa aliave chronica inducatur. Effectus est singularis, & ulteriori pensiculatione dignus, uti talia exempla habet *HORSTIUS l. 4. Observat. p.* 230. Haud ergò, quàm casu fere extremo, huc recurrendum.

Quod attinet formulas: primo loco succus sempervivi majoris expressus permistus cum aceto, & cui additur parum nitri, constituit elegans *Epithema*, applicandum testibus & scroto *in febribus deliriis, maniis* &c. ita enim integrum corpus inde alteratur, sanguinis & spirituum fervor coërcetur, & sic porrò: in nimia uteri hæmorrhagia mirum namque est, quàm sistat hæmorrhagias, si applicetur, propter mirandum consensum testium cum toto corpore. Idem Epithema convenienter regioni pubis vel mammis, vel plantis pedum, vel fronti, frigide cum linteis multiplicatis applicatur in nimia uteri hæmorrhagia; mirum namque est quantopere cohibeat hæmorrhagias: sicuti sine camphora scroto & testibus applicatum ad discutiendam ebrietatem convenit; subitò enim ebrios facit sobrios, quale experimentum habet *HEER in Obs. rarior. Obs.* 19.

In vomitu febrium malignarum & pestilentialium.

℞. ♀ *rectif.* l. ▽ *apopl.* ℥iij.
Theriac. ℥iß.
Camph. ʒß.
M. D. S.

Euserlich Wasser zum Magen.

Calefiant in vasculo clauso, & intincta lintea celeri manu applicentur; idque crebriùs.

Epithema pro ventriculo *in cholera.*

℞. ♀ *camphor.* ℥iij.
Theriac. ℥iß. ad ℥ij.
M. pro *Epithemate.*

In febribus malignis & virium imbecillitate applicantur talia Epithemata pulsibus & etiam regioni cordis. Pulsibus admovetur communiter vel acetum liliorum convallium, vel aqua carbunculi, permista cum aceto vel vino; aut similia. Pro regione cordis verò præscribitur ex tempore hoc modo:

℞. *Aqua Borrag.*
Meliss. c. ♃ aa. ℥ij.
Carbunc.
Cinnam. aa. ℥j.
theriacal. camph. ʒiij.
Conf. alcherm. ʒj. l. ℥iß.
Croci ℈j.
Camph. gr. v.
M. pro *Epithemate,*
S.

Eusserlicher Umbschlag umbs Hertze.

Mixtura contra scabiem.

℞. *Aqua* ♀ *e* lb. j.
Mercurii dulc. â ʒj. ad ℥ij.
M. S.

Außspülend Wässerlein

Epithema epaticum, in nimio calore aut *inflammatione epatis* valde commendatum à *BARTHOLETO Tr. de Respir. pag.* 294. hoc modo:

℞. *Aqua Hyoscyami.*
Nymph.
fl. Lil. alb.
blantag.
Rosar. r. aa. ℥iß.
Sacch. Saturni.
Camph. in ♀ *dissol.* aa. ℈j.
☉ *i fixi* ʃ. *lap. Prunell.* ʒj.
S.

Kühlender Umschlag zur Leber.

Applicetur tepide cum linteolo duplicato regioni hepatis subinde repetendo.

Vel:

℞. *Sperm. ranar. ritè asserv.* ℥iij.
Aqua Hyoscyam.
Nymph.
blantag.
Rosar. aa. ℥ß.
☉ *i* ʒj.
Camph. in ♀ *sol.* ℈j.
M. f. ut *anteà.*

Hoc Epithema cum pannis multiplicatis tepide regioni epatis applicetur, repetendo quoties opus fuerit. Egregium est in febribus ardentibus, deliriis, hæmorrhagiis, ab impetu sanguinis turgescentis oriundis, utut interdum diarrhoea exinde producta observata fuerit.

Dixi etiam, quod interdum fiant talia *Epithemata ex Decocto, maximè diluto*: sit ergo tale *Epithema* applicandum hepatis regioni *in nimio hepatis fervore.*

℞. *Hb. Lactuc.*
hortulac.
Semperviv. aa. M. ß.
fl. Nymph.
Rosar.
Violar. aa. M. ß.
sem. Lactuc.
Papav. alb. aa. ℥iß.
coq. in ▽ font. lb. j. Colatura
S.

Umbschlag zur Leber.

Epithema contra hæmorrhagias nimias uteri:

℞. *Sperm. Ranar.* ℥jv.
♃ *flor. Papav. errat.* ℥ij.
☉ *i* ℥ij.
M. pro *Epithemate,*
S.

Anhaltender Umbschlag.

Man-

Mammis & regioni pubis applicetur: Vel

℞. *Sperm. ranar. debitè ferv.* ℥iv.
Petrosac. ℥j.
Sperniol. Croll. ℈j.
M. D. S.

Euserlicher Umbschlag.

Imponitur cum spongiis vel linteis multiplicatis regioni pubis.

Epithema contra tumorem testis inflammatorium cum insigni dolore ac ardore.

℞. ▽ Ψ *æ rec.* ℔j. ad ℔jß.
camphor. ℥ß. ad ℥j.
M. f. *Epithema.*

Urgente dolore etiam *opii aceto soluti* ℈j. addi potest. Pertinent huc *Misturæ Cosmeticæ*, & in affectibus cutaneis, scabie, pustulis, &c. usurpandæ: Inter quas eminet *Lac Virginis*, quod est solutio Saturni cum camphora, & ob candidum colorem ita dicitur: interdum additur alcali blandum, quod præcipitatur instar lactis. Talis solutio egregia est in affectibus faciei, rubore rosaceo, & inflammatione, ubi tutissimè externè applicatur.

Alia *Mixtura pro usu cosmetico in lentiginibus & varis.*

℞. ▽ *Sperm. ran.* ℥ij.
fl. Fabar.
omn. aa. ℥j.
♁ ☿ *p. d.* ℥ß.
fl. ♃ℹ ℥ij.
Camph. ℈j.
M. D. S.

Reinigende Mistur.

Hæc & *aquæ caustica* pertinent, quarum *basis* est mercurius sublimatus. *Usus earum* primarius est in verrucis, ulceribus & pustulis, item in ficubus Gallicis: Nempe fit, ut circa genitalia copiosæ excrescentiæ generentur, quas aqua hæc eroḋit; attamen, cum gravi dolore: interdum in scabie ferina, in varis, ulceribus gravioribus, &c. irritis aliis tutissimè usurpatur mercurius sublimatus, qui ebulliat in aqua simplici, cum tragacanthæ pauco miscendo. Hæc certè necessario & subito extirpantur vari. Alii

℞. *Mercur.* ♎ti
▽ à ℥j.
diluunt in
▽ *plantag.* ℔ij.

& contra varos, scabiem & serpigines cum subitaneo successu utuntur.

Verum cautiſimus in usu mercurialium, & non nisi aliis irritis ad ea confugiamus: Non rarum enim est, ex perverso mercurii sublimati externo usu, sub cosmetici titulo phlogosin, tumorem, dolorem cum summo cruciatu, interdum & periculo, partibus externis induci: in quo casu optimum epithema est lac tepidum crebrius applicatum: post cujus usum, vel etiam subillius defectu, mox in principio.

℞. ▽ Ψ *æ rec.* ℔j.
Vin. ℥j
Ceruss ℥iij.
M. S

Linderender Umbschlag.

Applicetur tepidè.

Occasione aquæ calcis vivæ non omittendum *Epithema* polychrestum *ad ulcera quævis dyscepulota, ad scabiem ferinam, herpetes excedentes, imminentem* plus minus *gangrænam*, &c.

℞. ▽ *f. decoct.* Ψ *rec.* lb. j.
Mercurii dulc. ℥j.
M. S.

Reinigender Umbschlag.

Vel magis compositum:

℞. ▽ *f. decoct.* Ψ *rec.* lb. j.
theriacal. camph. ℥iß. ad ℥iij.
Sacch. Saturni ℥j.
Mercurii dulc. ℥iij. l. ℥ß.
Misc probe cum l. sine ebullitione.
D. sine, vel cum colatura laxiore.
S.

Reinigender Umbschlag.

Hæc eluuntur ulcera, vel applicetur cum linteis ipsis ulceribus.

Sic pariter aqua destillata ex pomis putridis, cui vel mercurius dulcis, vel Saccharum Saturni, pro circumstantiarum ratione permistum, in casibus chirurgicis plurimis, speciatim ulceribus telephiis, ambustis, &c. remedium multi usus existit.

Hæc fuerunt Epithemata, & quidē liquida; *MORELLUS* enim etiam facit mentionem Epithematum solidorum. Cœterum hæc Epithemata solida melius inter unguenta & cataplasmata referuntur, quàm inter Epithemata, nisi forsan hîc locum haberet, quod in deliriis & phrenitide applicantur capiti & syncipiti animalia viva per medium dissecta adhuc calentia: sic v. g. in tali casu in phrenitidis declinatione adhuc in Italia usitatè recipitur pullus gallinæ, eine junge Henne/ & per medium dissecatur, itaq; dissectus calidè admovetur capiti, pilis prius abrasis; pro sistenda phrenitide, qua ratione applicatæ gallinæ non rarò singulares & admirandos præstant effectus: non rarò etiam columbæ eodem modo dissectæ applicantur plantis pedum pro eodem usu contra phrenitidem. Sicuti de hac ipsa etiam potest videri *MORELLUS*, qui plura habet de eadem. Aliàs Epithema solidum non est amplius in usu.

Affinia his sunt

FRONTALIA.

quo nomine nominantur omnia illa, quæ fronti applicantur quocunque modo: Ex quo patet, quod *Frontale* non sit specialis remedii formula, sed vario modo cum remedia possint frōti applicari, etiam Frontalia possunt fieri varia, adeoque non opus esset peculiari capite.

Recte hîc in principio *MORELLUS* removet vocem *Anacollematis*, quod Græcis idem est, atque Germanis ein Dórband / *Cataplasma* valde *adstringens* quod applicatur à Chirurgis in principio luxationum & fracturarum. Nihilominus uti Græci Anacollemata fracturis; ita eodem usu applicant etiam Germani fronti. Applicantur varia remedia fronti, præter Misturas & Emulsiones externas in forma sacculorum, unguentorum & linimentorum, ut & cataplasmatum: ut ita appareat, quod omnia medicamenta applicanda fronti dicantur *Frontalia*, ut in *MORELLO* non opus fuisset peculiari capite. Nos hoc loco considerabimus *Epithemata liquida* fronti applicanda, reliquas formularum species ad suas classes reservando.

Epithema seu *Frontale contra cephalalgiam febrilem & scorbuticam.*

℞. *Succ. 69. fluviat. rec. expr.* ℥iij.
▽ *Betonic.*
fl. Chamomill. l. *Papav. errat.*
Samb. aa. ℥j.
Spir. Vin. camphorat. ℥iij.
Pulv. Zedoar. ℥ij.

M. pro *Epithemate,*
S.

Eusserlicher Umbschlag zum Haupt.

Applicatur cum linteis multiplicatis tepidè fronti & temporibus, in dolore febrili, contracto à calore externo vel interno : Sed à nimio camphoræ usu in agrypniis abstinendum, ne somnus magis odoris penetrantiâ impediatur.

Commodè succus cancrorum fluviatilium etiam permiscetur cum ana succi semper vivi majoris expressi, & hæc invicem permista applicantur fronti pro Epithemate in deliriis & insomniis febrium malignarum, & aliarum ardentium.

Vel aliud contra Cephalalgiam cum agrypnia in febribus continuis.

℞. *Aqua fl. Sambuc.* ℥iij.
apoplect. usit. ℥vj.
Philon. Rom. ℥ß.
M. D. S.

Eusserliche Mistur zum Haupt.

Epithema in cephalalgia ex causa frigida, &c. *hemicrania, verticis pertinaci dolore,* &c.

℞. *Aqua Rorismar.*
Salv.
Serpilli aa. ℥ij.
theriacal. simpl. ℥j.
C. C. l. ♁ *ci c.* ♀ ℥ß.
M. S.

Stillend Wasser zum Haupt.

RULANDUS in graviori capitis dolore & deliriis succum cancrorum fluviatilium expressum, mistum cum opio & croco applicavit fronti felicissimè : item cum aceto rosaceo sequenti modo :

℞. ♋. *fluv. viv.* No. xx.
Rosac. ℥v.

Contundantur in mortario, & exprimatur succus, qui miscetur pro Epithemate,
S.

Eusserlicher Umbschlag zum Haupt.

Quod tepide admovetur sæpiùs affecto capiti, valdè conveniens in cephalalgia.

Idem *RULANDUS* habet exemplum cujusdam viri quadragenarii, in insaniam cum vigiliis conjunctam incidentis, cui supra frontem admovit similiter succum talem ex cancris fluviatilibus vivis expressum, temporibus verò & naribus adhibuit hoc *Epithema:*

℞. *Aqua Rosar.* ℥vj.
Opii ℥j.
Croci Momentum.
Misc. benè pro *Epithemate.*

Idem succus cancrorum fluviatilium utiliter etiam permiscetur cum aliis, in specie cum aquâ spermatis ranarum, quæ in phrenitide & quacunque partium, tàm internarum quàm externarum, inflammatione est elegantissima. Præscribi ergo potest ad imitationem *RULANDI* tale

Epithema fronti ac temporibus applicandum seu admovendum *in phrenitide, cum vigiliis & cephalalgiis* conjunctâ.

hoc modo:

℞. *Aqua sperm. ranar.* ℥vj.
Succ. 69. fluviat. rec. expr. ℥iij.
Croci ℥j.
Opii cum ✠ *corr.* ℥ß.
Camph. ℈ß. ad ℈j.
M. pro *Epithemate,* fronti ac temporibus admovendo.

Frontale contra hæmorrhagiam nariuim nimiam:

℞. *Aq. fl. Papav. errat. l. sperm. ran.* ℥iv.
✠ *Rosac.* ℥j.
Opii ✠ *sol.* ℈j
Boli comm. probe exsice. pulv. ℈iv.
M. pro *Epithemate.*

℞. *Sperm. ran. c.* ☉ *o* ☾ ☉ *asserv.* lb. ß.
Sacch. Saturni ℥j. ad ℥ij.
Camph. ℈j. ad ℥ß.
M. pro *Epithemate.*
D. S.

Anhaltender Umbschlag.

Applicantur hæc epithemata etiam fronti, nec non testibus, in nimia narium hæmorrhagia: item mammis in hæmorrhagia uteri, ac regioni pubis.

Epithemata, quæ fiunt ex emulsionibus, similiter in nimiis vigiliis, cephalalgiis & deliriis & similibus scopis capiti ac fronti adhoventur. Sic v. g.

Epithema mihi familiare valdè *in febribus malignis cum agrypnia,*

est hoc, quod sæpiùs non sine successu adhibetur:

℞. *Sem. Papav. alb.* ℥ij.
hyosc. ℥ß.
Aqua Sperm. ranar. ℥iij.
Endiv.
Semperviv.
Solan. aa ℥j.
f. l. a. *Emulsio:*
cui additur.
Succ. ♋. *fluvial. expr.* dimidium.
Camph. ℈ß.
M. D. S.

Eusserlicher Umbschlag umbs Haupt.

Emulsio frontalis contra Agrypniam:

℞. *Sem. Papav. alb.* ℥ij.
▽ *Nymph.*
semperviv. maj.
solani
sperm. ranar. à ℥j.
f. l. a. Emulsio:
add.
Camph. gr. jv.
M. D. S.

Eusserlicher Umbschlag.

Singulis horis repetatur in dictis affectibus.

℞. *Sem. Papav. alb.* ℥iij. ad ℥vj.
Cum s. q. ▽ *hypnot. Dorner.* f. Emulsio:
D. S.

Eusserlicher Umbschlag.

Præstantior erit, si *solutionis opii cum spiritu vini* ℈j. ad ℥ß. addatur, & ita tepide applicetur: sicut omisso opio, addito verò spiritu vini camphorato ℥ß, vel camphorâ ipsâ ad gr. ix. ad Maniam magis accommodata foret.

Ex nucleis persicorum fit, Emulsio pro usu externo tanquam Epithema applicandum in dolore capitis; quoniam nuclei persicorum vim habent demulcendi dolorem: e. g.

℞. *Nucl. Persic.* ℥ij.
Sem. Papav. alb. ℥j.
Cum ℥vj. ▽ hypnot. Dorn. f. Emulsio:
adde
Opii gr. vj.
Croci gr. v.
M. f. *Epithema* fronti applicandum.

Aliter contra Maniam:

℞. *Sem. Papav. alb.*

Nucl.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1344-9 DFG

Nucl. per sic. aa ℥iß.
℞ *Nymph.*
Verbenæ aa ℥iij
f. *Emulsio:* adde
℞ *camphor.* ℥ß l ℥vj
ferment. narcot. gr. v.
M S.

Eussrlicher Umschlag.

Item:
℞. *Nucl. Persic.* ℥ß.
Seu Papav. alb. ℥ij.
c. s. q. *Succ. 69. fluviat.* f. *Emulsio:*
adde
Camph. gr. xij.
Opii gr. vj.
M. S. ut anteà.

Aliud.
℞. *Sem. Papav. alb.* ℥iij.
Cum ℞ Nymph. ℥iij (l. *hujus* &
Verben. aa ℥iß)
f. *Emulsio:* adde
Camph. gr. ix. l. xij.
M. pro Epithemate S.

Kühlender Umschlag.

Epithemata hæc elegantia sunt in deliriis furiosis & febribus ardentibus.

His vicina sunt *Oxyrrhodina* dicta, quæ etiam à quibusdam ad Epithemata referuntur, Mistura scilicet facta ex aceto rosaceo, ceu *basi*, qualia in affectibus capitis calidioribus sive symptomatibus febrium ardentium deliriis, cephalalgiis, similibus aut etiam in aliis affectibus, in quibus per consensum hoc modo afficitur caput, usurparunt veteres. Simplicissima talis oxyrhodini formula est hæc:

℞. ✠ *tirosac.* ℥j
OL. Rosac. ℥v. l. vj.
M. simul pro *Oxyrhodino*,
D. S.

Eusserlicher Umschlag zum Haupt.

Interdum hisce duobus primariis ingredientib9 addi solent aquæ appropriatæ, & succi Expressi appropriati, imprimis quando moderni tale medicamentum, sed raro, in usum vocant, atque tunc temporis doti ac modo epithematis solent præscribere ita ut recipiatur *olei* p. j, *aceti destillati* p. ij, & *aquæ appropriatæ* p. iij: e. g. si præscribendum sit.

Oxyrrhodinon contra nimium æstum febrilem fiat sequenti modo:

℞. ℞ *fl. Persic.*
Verben. aa ℥iij.
✠ *rosa* ℥ß. l. ℥vj.
♁ *Anethi*
Chamomill. aa. ℥ß.
M. pro oxyrrhodino, S.

Umbschlag zum Haupt.

Vel:
℞. ℞ *Beton.*
Verben. aa. ℥ij.
✠ *Ruta.* ℥iij.
♁ *Nymph.*
Rosar. aa. ℥iß.
M. pro *Oxyrrhodino.*

Verum, uti dixi, talia oxyrrhodina & Epithemata ob olea non amplius in usu sunt.

Huc pertinet & Veterum

EMBROCATIO seu IRRIGATIO,

apud Italos & Gallos adhuc in usu. *MORELLUS* distinguit inter Embrocationem & Irrigationem: *Irrigatio* erat Mixtura, quam guttatim applicarunt capiti; nempe ægro sedenti circumligabant inferiùs capiti pannum multiplicem aut fasciam linean; post in loco tepidiore collocabant, juxta ægrum suspendebant gutturnium plenum Misturâ Medicâ, & guttatim destillabant supra sinciput suturæ coronali, aut supra verticem suturæ sagittali, hoc faciendo per bihorium.

Liquor qui hic est adhibendus & cum quo fit talis irrigatio, imprimis est decoctum quoddam ex cephalicis appropriatis.

Usus est varius: interdum pro conciliando somno, dum decocta papaverina destillare faciunt supra caput; interdum contra nimias cephalalgias; interdum in affectibus catarrhalibus: E. g. si instituenda esset talis Irrigatio in sene, qui nō possit dormire, & cui ex nimia cerebri exsiccatione labilis sit memoria, tunc fieret decoctum ex herbis cephalicis, blandè somnum inducentibus & humectantibus, eo modo atque præscribuntur decocta; e. g.

℞. *Herb. Lactuc.*
Nymph.
Violar. aa. M. j.
summ. Anethi
fl. Sambuc.
Papav. alb. aa. Mß.
cap. Papav. c. sem Num. vj.
Incis. & contus. coqu. in ℞ simplici
pro *Embrocatione.*

Hujusmodi decocto moderatè calido impletur gutturnium, & æger irroratur in sincipite. Loco hujus decocti interdum oleum aceto mistum adhibetur instar oxyrrhodini loco liquoris; & hæc mistura ita decidens excipitur capite denudato, & inferiùs fasciâ munito: id quod fit in deliriis, & apud Italos in maniis. Interdum fit mistura ex aqua, oleo & spiritu, ac liquore appropriato; eademque ita irrigando excipitur capite in affectibus nervorum; quos vocant frigidos, ut sunt paralysis, tremor & similes. Sed molestum hoc est & tædiosum, unde tales irrigationes non amplius apud nos sunt in usu, uti apud Italos & Gallos.

Huic Irrigationi contradistinguit *MORELLUS* Embrocationem, utut suo generali *Embrocationis nomine* ambo veniant. Est *hæc* blanda ac lenis partis frictio cum oleo quodam, aut linimento, aut etiam quodam liquore appropriato.

Talis fricatio lenis eundem fere interdum habet usum atque fomentum humidum, ut quando v. g. tumores sanguinei erysipelacei aliæq; inflammationes, blandè fricantur aut foventur cum lana siccata, cum liquore appropriato imbibita: item in herniis scroti, quando intestina propter feces nduratas sunt valdè dura vel inflamata: commodè etiam fiunt frictiones vel blandæ fomentationes cum oleo amygdalarum dulcium oleo chamomelino, anethino, aut etiam cum decocto carminante & emolliente appropriato. Et talis blandus fotus & fricatio potest vocari *Embrocatio irrorativa*, magis tamen ad fomenta hæc pertinent: vid. *MORELLUS* qui satis est prolixus.

Ad Mistutas has pertinent

COLLYRIA HUMIDA,

Collyria humida quod attinet; duplicia illa sunt; quædam saltem imponuntur, quædam verò instillantur. Quæ enim paulo fortiora & acriora sunt, externè saltem applicantur; sin verò quid in oculo corrigendum, æger supinus jaceat, & in oculum instilletur ne citò effluat.

In his nullum aliud attendatur, quam

1. ut pulveres sint optimè pulverisati.

2. si

2. si addantur nimis acria, liquore ita temperentur, ut quam minimum inferant dolorem: nam pro ut sunt acriores, eò magis est addendum; quo minus, contrà.

In genere, quoniam Collyria ad uncias tres vel quatuor, rarò ulteriùs, solemus præscribere, tum sufficit, si pulveris drachma semis respondeat unciæ uni collyrii; sin verò pulveres sint fortiores, tunc drachma una pulveris ad uncias tres erit sufficiens. Sic si præscribendum.

Collyrium pro oculo polychrestum:

℞. *Aqua flor. Calcatr.*
Cyani.
Solani. l. *Chelidon. maj.* à ℥vj. ad ℥j.
℈ *li albi* gr. viij. ℈ß. ad. gr. xii.

Solutio filtretur per chartam:
adde
Tut. præpar. ℈ß. ad gr. xij.
M. D. S.

Eusserliche Augen-Mistur,
Oder
Stillend Augen-Wasser.

Hocce collyrium probè agitatum applicatur tepidè oculo cum linteolis, vel resupinato corpore canthis oculi instillatur, vel frigidè vel tepidè.

Vel

℞. *Aqu. Chelidon. maj.* l. *fl. Cyani.*
Euphras l. *Plantag.* aa. ℥j. ad ℥iß.
℈ *li alb. pulveris.* l. *de Cypro* ℈ß. l. ℈j.

(plus minus, prout æger potest vel facilius vel difficilius tolerare: variant enim ægri in talibus.)
filtrentur per chartam bibulam,
vel per pannum rariorem, adde
Tut. præpar. ℈ß. ad gr. xii. l. xv.
& ita f. *Collyrium.*

Quidam recipiunt vitriolum album, quo replent ovum ad duritiem coctum, exemplo vitello (locum scilicet vitelli replent vitriolo pulverisato) ovum hoc modo præparatum suspendunt in cella, & ita sensim sensimque destillat liquor, valdè egregius in talibus oculorum morbis.

Mel additur interdum aquis ophtalmicis, ubi opus est detersione, in ulceribus aut etiam vulneribus oculorum. Loco ejus mellis non rarò etiam recipitur saccharum candi pulverisatum, quod etiam abstergit & detergit sordes, & adjuvat consolidationem. Exemplum habet *FORESTUS lib. 12. obs. 29.* de puero, qui ex variolis incidit in pustulas oculorum, quæ fuerunt exulceratæ, & inde oborta est nebula oculorum: huic profuit remedium hoc modo præscribendum:

℞. ▽ *Fœnic.* ℥iij.
fell. Anguill. à ℥j. ad ℥iß.
Sacch. candi subtiliter pulv. ℥j.
stent in loco calido; filtrentur,
S.

Sonderlich Augen-Wasser.

Pro gratia coloris potest addi tantillum *croci*, antequam filtrentur.

Epithema contra inflammationem oculorum:

℞. ▽ *Plantag.* l. *fl. Calcatripp.*
Torment. l. *flor. Cyani* aa. ℥j.
Album. ovi No. j.
Alum. gr. v. vj. vij. viij. l. ℈ß.

(modò nō spissior ex coagulo nascatur consistentia)
conquassata & agitata probè invicem S.

Kühlend Augen-Wasser.

Aliud:

℞. ▽ *fl. Cyani* ℥ij.
Muc. sem. Cydon. c. sperm. ran. ex tr. ℥j.
Croci gr. vj.
M. pro *Epithemate.*

Collyrium præservans oculos in variolis:

℞. ▽ *Euphras.*
Plantag. aa. ℥j.
Tut. præp. ℈ß. ad gr. xii.
Camph. gr. jv. v. l. vj.
Croci gr. ij.
M. D. S.

Præservativ Mistur zu den Augen.

Aut instilletur aut applicetur oculo, ut præserventur, ne variolæ possint visui nocere.

Huc pertinet *Aqua ophthalmica Angeli Salæ*, quæ fit, quando *lamina veneris* suspenduntur vel infunduntur, in *vinum medicatum*, & ita ad tempus exponuntur *radiis solaribus*, hinc successive fit Tinctura cœrulea: Vid. *SALA pag.* 203. *BARTHOLINUS in Act. Hafniens.* & alii.

Collyrium contra unguem seu pannum oculi:

℞. *Aqua fl. Calcatr.*
Chelid maj. aa. ℥j.
Sacch. candi ℥j.
Tut. præpar. ℥ß.
Ost. Sep. pulv. ℈j.
Vitrioli ℈ß.
Misc. probè, & agitentur pro *Collyrio.*
S.

Augen-Wasser wohl umbzu rütteln.

Simile est ferè *Collyrium Lotichii in Observ.* descriptum *pag.* 203. qui unguem oculorum, pterygium, secundum motum lunæ nunc accrescens, nunc decrescens, curavit:

℞. *Lap. hæmat. Scrup. ß.*
Vitrioli alb. calc. gr. xv.
Sacch. candi Scrup. j.
Myrrh.
Croci aa. gr. v.
Aqua appropr. ophthalm. ℥j. l. ℥iß.
M. f. Collyrium,

Applicetur cum pluma, vitando pupillam:

Nam talia collyria, quæ ingrediuntur paulò acriuscula, non libenter applicantur pupillæ, nisi ipsa sit afflicta, propterea, quoniam pupilla membrana est admodum tenuis, & non patitur, ut applicentur talia acriuscula.

vel ℞. *Aqua Chelidon. maj.*
Euphras.
Fœnic. aa. ℥j.
Mercurii sublimati gr. vj.
mista filtrentur,
S.

Clarificirend Augen-Wasser.

De hoc ipso Collyrio omni mane & vesperi applicetur gutta una instillando oculo. Mercurius sublimatus habet vim adstringentem, & oculum firmat, ne novum corpus membranaceum supervenire possit.

Aqua Sapphirina huc referatur, quæ in læsionibus oculorum Chirurgis est in usu: Contra ulcera cancrosa non melius habetur remedium, quam hæc aqua, & quando post variolas læduntur oculi, efficax est. Dilui plus minus potest aquâ, quia nimis mordicat. Ad pelles oculorum etiam commendanda est.

ERRHINA.

Errhina naribus applicantur. V. g. si:

Misc.

Mistura ptarmica

Exemplum:

℞. ▽ *Majoran* ℥ij.
⊕ *li albi* ℈ß. gr. xii. xv. ad ℈j.
dissolutum filtretur. S.

Abziehend Nasen-Wässerlein.

De hac aliquot guttæ ex cava manu attrahantur in nares, vel linteum eo leniter madefactum contortum naribus immittatur, & mirabiliter extrahet; sed ne quid nimis; aliàs cephalalgia & coryza sequitur.

Alia:

℞. *Succ. beta rub. depur.* ℥ij.
▽ *Majoran.* ℥j.
⊕ *li alb.* gr. xv.
M. D. S.

Abziehend Wässerlein.

Mistura contra ozenam:

℞. ▽ *Majoran.*
Plantag. aa. ℥iß.
♈ *rectif.* ℥iij.
Mell. rosat. ℥vj.
M. S. Reinigende Mixtur.

Applicetur vel modo dictis modis, vel etiam cum parva syringa.

In deterioris conditionis malo aliquantulum *mercurii sublimati*, v. g. gr. vj. ad ix. & ℈ß. addi potest.

Præter nares *Mistura pro faucibus* in usu sunt: v. g. si præscribenda

Mistura pro dentibus & gingivis à variis affectibus præservativa.

℞. ▽ *Plantag.*
Sedi min. aa. ℥ij.
⊖ *ci*
⊖ ♀ *i* aa. ℥ß. ad ℥j.
M. filtr.
D. S.

Zahn-Wässerlein.

Hac ipsa dentes ab omni pastu abluantur, & gingivæ blandè fricentur: sane sal ammoniacum in aqua solutum pro dentium ab omni pastu abluitione, fœtorem eorum inprimis tollit, convenit etiam contra rubedinem & ardorem faucium in febribus malignis, sicuti matutina mundificatio cum urina humana dentes & gingivas à quamplurimis malis præservat.

Mistura contra prunellam seu ardorem & ruborem faucium febrium acutarum:

℞. *Aqua semperviv. maj.* ℔ i. ad lb. iß.
Succ. ♋. *fluviat. rec. expr.* ℥iv. ad ℥vj.
⊖ *ci depur.* ℥iß. ad ℥iij.
M. pro *Gargarismate*
S.

Kühlend Mund und Gurgel-Wasser.

Crebrius hoc colluatur os, quin & interdum gargarisentur fauces, aut tepidiuscule aliquandiu delineatur saltem in ore.

Alia magis *composita.*

℞. *Aq.* ♋. *fluviatil. contus. aliquamdiu*
Nat. ℥iij.
Sperm. ran. ℥ij.
Semper viv. maj. ℥j.
Phleg. ⊕ *li ror.* ℥iß. ad ℥ij.
⊕ *i c.* ♎. *depur.* ℥iß. ad ℥ij.
Syr. violar. ℥j.
Ros. rubr. unc. ß.
M. D. S.

Wasser zum Munde.

Ubi rejectæ denuò misturæ tales fuerint, lingua palatumque blande illinantur butyro recenti non salito, spermate ranarum aut ejus aqua crebriùs lota, quodsi crusta livido-nigricans illam simul obduxerit, aliquantulum sacchari albissimi butyro addi potest: lardum pariter non salitum, quin & salitum, sed utrumque in sperniola ista probe diuque maceratum, butyri loco recipi potest.

Item:

℞. *Aqua Prunell.* unc. iij.
Semperviv. unc. ß.
⊖ ✳ *ci depur.* scrup. ij.
Julep. Rosar. unc. j.
Syr. de Succ. semperv. unc. iß.
D. S.

Gurgel-Wasser.

Huc pertinet *Mixtum pro gargarisatione* polychresta, quam habet *SCULTETUS ex* aceto destillato, saccharo, semine sinapi, & aqua: v. g.

℞. *Aqua Plantag.* lb ß.
✳ *ti* unc. ij.
Sacch. alb. unc. j. ad unc. iß.
sem. Sinapi ℥j.
Mista S. ut anteà

Hoc calidè gargarisetur os.

Mixtura contra stomacacen, seu gingivas scorbuticas & exulceratas.

℞. ▽ *Cochlear.*
Nasturt.
Sedi min. aa. unc. iij.
℞ *Laccæ* unc. ß.
℞ *fl. Aquileg.* ℥ij.
Syr. fl. Aquileg. ℥iij.
M. D. S.

Wasser gegen die Mundfäule.

Tinctura Laccæ per se quidem sufficit: in defectu autem ejus

℞. ▽ *Plantag.*
Prunell.
Sedi min. aa. unc. j.
∽ *Cochlear.* ℥ij. l. :ij. l. hujus loco *Succ. cochlear. rec.* ℥vj. ad unc. j.
Mell. rosat. ℥vj.
∽ ⊖ *is* q. s. pro grato acidulo sapore,
M. D. S.

Reinigend Zahn-Wässerlein/
oder
Mistur zum Scharbock des Mundes.

His ipsis humectetur linteum & eluantur vel fricentur gingivæ, ac aliæ oris partes, ex scorbuto malè habentes: item in ulceribus cacoëtheis in usu est.

CAP. IV.
INFUSA & DECOCTA.

In hoc capite mediante aqua, tanquam menstruo, elicitur vis infundendorum, unde oriuntur infusa & decocta, Græcis Apozemata: quo etiam nomine veniunt apud modernos Medicos Latinos. Nihil aliud sunt, nisi liquida quædam medicamenti forma præscripta à Medico, nunc in una, nunc in pluribus dosibus, ut scilicet hauriantur ab ægro ad suos usus & effectum destinatum. *Horum res* est *intricata*, *in se* verò *facillima*, rudis & crassa est operatio. Nempe ut purum impuro, respectu nostri, ubiq; junctum, tam in alimentis, quam medicamentis; ita, qui hodiernæ artis spagyricæ primarius ferè finis est, purum ab impuro medicamento separare, nucleum à corticibus. Quintam Essentiam ab in volucris elementalibus seu materialibus, idque Tincturarum, Essentiarum, Extractorumque ferè sub titulo, ita jam Veteres idem, rudi licet Minerva, per infusiones &

decoctiones tentarunt, ut mediantibus his vim rerum medicamentosam, & in apto liquore seu menstruo extrahente & solvente loco crudorum simplicium acquirerent.

Differunt Infusa & decocta saltim in eo, quod pro infusione sufficiant specierum incisio, rasio, contusio, pulverisatio præparatorum, maceratio seu digestio in loco tepido, vel speciatim mariæ balneo; cui in decoctione ulteriùs supervenit super ignem actualem concitatior omnium agitatio & ebullitio, & penetrantior solutio.

Attamen in omni Infuso & decocto ad bina semper respectus habeatur:

1. ad *subjectum* seu *materiam infundendam* vel decoquendam.
2. ad *Liquorem* seu *menstruum*, cum quibus fit infusio seu decoctio.

Quod attinet *Materiam* sive *Ingredientia:* in hac ipsa observetur, quod ex omnibus tribus regnis sumatur. Ex vegetabili regno desumuntur quævis plantarum partes & fructus, utplurimum siccatæ. Resinæ saltim ac gummata minus his præparationibus, præsertim sub magistrali præscriptione, inserviunt. Elicitur sic ex vegetabilibus gummeo recessu resinosa substantia in cujus complexibus potissima vis medicamentosa quasi concentrata est, ut ex decocto lignorum vel absinthii inspissato manifestum. Ex animali regno decoquuntur partes solidæ duræ & sicciores quævis, v. g. priapus cervi & ceti, cornu cervi, ebur, viperæ, stercus equinum, &c. ex quibus omnibus (exceptis excrementis) elicitur gelatina, quæ præter generalem nutriendi ac temperandi, adeòque confortandi & blandè refrigerandi usum, de vi specifica sui concreti omninò participare videtur, cùm magnam illius substantiæ partem contineat, quæ sub rigorosiore igne in salis volatilis & olei larva se sistunt. Item huc pertinent etiam juscula consumata & similia: de quibus suo loco; item decoctum splenis bovis in cachexia & vera mensium suppressione laudatur. Quo etiam pertinet decoctum epatis vitulini, item decoctum epatis suilli, quæ commendari solent iis, qui laborant fluxu sanguineo epatico: quales animalium partes nunc solæ, nunc cum aliis vegetabilibus infunduntur & decoquuntur. Ast regnum minerale difficiliùs sese gerit: nihilominus tamen pro nobis non tantum stat *LOCATELLI*; sed in specie elegans hac in parte est *POTERIUS in Pharm. Spagyr. l. 1. cap. 1. 2.* & reliquis capitibus se in vicem subsequentibus; cùm notum sit, quod ferrum commodè possit infundi nunc in aquam simplicem, nunc in vinum, & vel nudè infundi vel etiam coqui contra morbos cachecticos chronicos, & malum hypochondriacum, &c. in quibus, uti notum est vinum martiatum est elegans. Imprimis verò ferrum vino infusum commendatur in talibus casibus, cùm subtilis vini aciditas solvat subtiliorem martis crocum, & sic remedia contra morbos chronicos elegantia suggerat. Hac ratione fiunt *vina anticachectica* ex *limatura martis* una cum *cinnamomo* & *caryophyllis vino* infusis. Præterea huc etiam pertinet, quando chalybs ignitus extinguitur in aqua simplici. & fit *aqua chalybeata*, vel *aqua ferrariorum*, quæ aqua extinctionis ferri est conveniens potus spleneticis, & similibus morbis cachecticis, afflictis: hinc etiam dicunt, quod canes fabrorum ferrariorum careant splene, aut certè habeant admodum imminutum, ex eo, quod bibant aquam ferrariorum, quæ aqua hoc augmentum præternaturale splenis præveniat & præcaveat. Talis chalybs vel ferrum igitur, vel in aqua vel lacte extinctum commodum præbet liquorem tàm pro potu dysentericorum, quam etiam pro infusione instar clysmatis in iisdem.

Post ferrum aurum candefactum, & in vino vel aqua simplici extinctum, expertum est remedium *POTERII* contra Icterum flavum; refert enim de hoc ipso, dum dicit: Novi virum ictero laborantem, qui cum hac aqua extinctionis auri perfectè curatus est; & quidem hoc aurum in aqua extinctum suo ratiocinio comprobat *BURRHUS in Epist. ad Bartholinum de restituendis oculorum humoribus scriptis.* Veneris infusio pro oculorum vitiis est laudadissima. Stannum calcinatum & vino infusum mirè laudatur contra passiones hystericas. Saturni calcinati cum aceto infusio ac decoctio usui chirurgico multũ, inservit, & in qua crebriùs plumbum fusum extinctum fuit alvum laxare solet aqua. Antimonium non solum præparatum sub vitri, reguli, croci, &c. forma infusione apprimè inservit. Sed & à modernis permiscetur decoctis lignorum sudoriferis; quin & ejusdem crudi subtilissime triti uncia semis macerata per noctem in unciis tribus vel quatuor vini aut aquæ pro dosi una, supra & infra purgare asserit *POTERIUS*; id quod similiter etiam cum Mercurio fieri solet, quod infusum vel *decoctum mercurii vivi* benè à mercurio vivo separatum non tantùm *constituit aquam* sic dictam *Hermeticam Augenii*, ad expellendos lumbricos infantum certum experimentum; sed præterea quoque idem mercurius decoquitur & infunditur in istiusmodi decoctis & infusis lignorũ antivenereis, sicuti ipsum antimonium. Decoctum sulphuris valdopere commendatur à *POTERIO*, si nempe decoquatur sulphur in aqua, vel in vino fuerit infusum: in aqua pro remedio alexipyreto seu febrifugo, quod scilicet febres pellat, epatis ardores compescat, & etiam quod erysipelati & scabiei interno usu medeatur: item externè sulphur in aqua calcis vivæ vel lixiviis decoctum, quamcunque inflammationem sistit, erysipelati succurrit, scabiem sanat, ac rubores faciei tollit. Vitrioli, Aluminis, nitri, salis ammoniaci, calcis vivæ, &c. pro usu externo decoctiones & Infusiones in decocto nigro Mynsichti &c. passim pariter notæ sunt. Prostat quoque decoctum calcis vivæ, & decoctum scoriarum reguli antimonii pro scabie, ulceribus, &c.

Cùm igitur materia ex omnibus tribus regnis capiatur, hinc quatuor attendantur circumstantiæ.

1. *Ut habeatur legitima quantitas materiæ infundendæ*; scilicet ut respondeant sibi invicem in quantitate & qualitate. Ratione quantitatis quidem, ut sibi mutuo sufficiant, & tantum infundatur, quantum liquor capere possit, ut infundatur pro impræguanda certa quantitate liquoris, & quantum sufficit pro cura affectus hujus vel illius. Omne namque recipiens recipit ad modum receptuitatis suæ, seu tantum recipit particularum medicamentosarum ex rebus infusis vel in coctis, quantum potest continere in suis porulis. His ergo porulis repletis, nihil ampliùs potest recipere, licet vel cencies nova instituatur aut infusio aut decoctio. Hinc culpanda venit eorum methodus, qui centum & plura sæpiùs ingredientia ad libras aliquot liquoris præscribunt, cùm nulla hîc sit

sit proportio, faciunt tantummodo medicamentum pretiosum & minus fructuosum: pretiosum, propter copiam ingredientium; minus fructuosum, quoniam liquoris parcitas & paucitas non potest sufficienter absorbere & imbibere particulas rerum infusarum medicamentosas; Qualitatis verò ratio habeatur, ut materia & menstruum invicem appropriata sint, i. e. ut liquor habeat vim extrahendi simplicia. In his duobus enim primarium decocta & infusa medicata præscribendi consistit artificium: Conf. *ZWELFFERUS Pharm. Reg. pag.* 31. & 84. item *Animadvers. in Pharmac. Augustan. pag.* 146.

II. *Conditio materiæ infundendæ* seu *textura ejus specifica* attendatur; an naturæ volatilioris? an fixioris? Volatiliora sunt inepta decoctionibus: fixiora inepta infusionibus; non enim sufficienter extrahuntur. Infusa enim media sunt inter decocta & destillata. Infunditur autem subjectum in liquorem appropriatum, ut menstruum penetrando in poros extrahat materiam solubilem: Sic crocum, aliæque odore penetrante & volatili præditæ plantæ aromaticæ dictæ, uti etiam ipsa in specie sic appellatæ aromata, si decoquimus, non fit sine volatilium virium jactura; si verò ligna infundimus, minimum pars medicamentosa extrahitur: si cinnamomum, cardamomum, aut sinapi, decoquantur, certè multum de viribus perdunt; quod & de antiscorbuticis acribus, aromaticis, sassafras ligno, &c. notum, quæ nullam vel mediocrem coctionem ferunt, sed potius destillanda, aut in loco tepido sine sui exhalatione infundenda: aut si sunt decoquenda cum aliis, aut propter intendendas virtutes medicamenti, aut propter gratiam saporis vel odoris nunc cum juncta destillatione decoctionibus inserviunt, nunc præscribuntur in fine decoctionis, quando coctio jam ferè est absoluta; aut certe in decoctionem adhuc calidam, & modò ab igne remotam, infunduntur.

Quod ipsum similiter intelligendum venit de aromatis purgantibus, quorum virtus coctione dispergitur & perit, qualia sunt imprimis epithymum, item senna, quæ levi coctione egregium est purgans, longiore verò coctione difficile & mucilaginosum torminans producit decoctum.

Hæc ergò & similia commodius infunduntur & decoquuntur, cum in decoctione castretur potius quam augeatur eorum vis: ut nihil jam dicam; quædam simplicia, prout infunduntur vel decoquuntur, virtutes suas immutare, uti monui de Asaro, quod infusione in aquam, dat medicamentum vomitivo catharcticum; decoctione verò dat medicamentum deoppilativo, diureticum: id quod similiter in aliis usu venire observabitis, qui diligens est simplicium scrutator.

Hæc sunt, quæ commodiùs infunduntur. Econtrario ista vegetabilia, quorum vis consistit fortiùs annexa concretioni & mistioni materiali, vel quæ fortiùs adhæret ipsi composito, qualia sunt v. g. ligna, radices, cortices, item plantæ quæ vocantur in specie spleneticæ, uti etiam quamplurimæ vulnerariæ & adstringentes, animalia & mineralia in infundendo parum valent, nisi decoquantur. Porrò quæ sunt solubiliora, molliora, porosiora, &c. minus diu infundenda, parciùs coquenda; cum aliàs ingratum, quia spissius, & facile alterabile; quia densius impræguatum, & ventriculo hostile, quia digestioni ejus proprio motu magis reluctans reddunt medicamentum; contra atque in durioribus & macerandis, & dintiùs coquendis, accidit, & propterea tunc temporis præscribatur major quantitas menstrui.

III. *Requiritur, ut probè attendatur, an subjectum infundendum & decoquendum sit naturæ salinæ? an sulphureæ? an aqueæ?* salia enim acida pro subjectis mineralium; sulphurea, nempe spiritus vini, pro subjectis pinguibus, resinosis & oleosis; aquea pro salinis, adhibentur. Observandum ergò, ne radices, aut reliquarum plantarum partes resinosæ in aqua, mineralia in spiritu vini, infundantur; hinc quidam male Agaricum in hydromel infundunt &c. Et licet non rarò fiant etiam infusiones & decoctiones in vino, adeoque videatur, quod in vino, cum insit pars spirituosa, possint etiam infundi resinosa & pinguia: nihilominus tamen, quoniam spiritus vini ante sui separationem est in vino dispersus, & copiosâ aquâ aut phlegmate dilutus, propterea fit ut omninò vinum menstrui aquosi rationem adhuc obtineat. Talia ergò infundenda aut decoquenda sunt tantummodò, quæ possunt communicare suas virtutes cum liquore aquoso.

IV. Attendendum; *an subjectum sit generosius altero*, seu plus suggerat de vi medicamentosa, an sit debilius & minus se exserat in menstruo. Aromatica plus suggerunt menstruo, quam fixiora: sic v. g. cinnamomi uncia una plus valet, quàm absinthii manipuli decem. Unde, quæ vi medicamentosa sunt ditiora, parciùs; quæ verò pauperiora, copiosiùs &c. recipiuntur, & paratum sic remedium nunc cum, nunc sine expressione, colandum præcipitur, & sic specialis dosis, ut ubique, ita & hic generalem determinat. Observandum verò quoad specialem dosin, ferè duplum, interdum triplum hic pro decoctione aut infusione recipi respectu ejus si in substantia propinaretur.

Liquor deinde tanquam menstruum infusionum & decoctionum, mediante quo elicitur vis medicamentosa, per infusionem vel decoctionem, est varius. Communissimus est aqua simplex, hinc vinum, nunc acetum, serum lactis, &c. Liquor hic est vel simplex vel compositus, aqua ferrata seu extinctionis ferri, hydromel, posca, cerevisia, juscula, urina, lac, &c.

Circa hunc liquorem observanda sunt quinque:

1. Si menstruum est volatile, minus decoctioni, infusioni saltem, & huic circumspectæ, inservit. ut vinum, spiritus vini. Ratio est; quoniam in decoctione, imprimis diuturniore, ex vino evanescunt ejusdem partes spirituosæ, & exhauriuntur ejusdem spiritus, remanente tantum modò latice aquoso subacido & quasi tartareo; propter hanc rationem commodiùs est vinum pro infuso, quàm pro decocto.
2. Ut sit sufficiens: seu ut tantum sumatur de liquore, quantum requiritur pro virtute materiæ infusæ elicienda; hinc canon: *Liquoris seu menstrui recipiatur tantum, quantum valet continere subjecti*, h. e. pari menstruorum & subjectorum proportione, ut contineant ramenta specierum infusarum: vid. *ZWELFFERUS Animadvers. in Pharm. Aug. pag.* 146. & *Pharm. Reg. pag.* 31. & 84.
3. Liquor debet esse homogeneus subjecto infundendo, h. e. ejusdem naturæ debet esse in fundamento, ne detur actio in invicem: v. g. aurum vel argentum, si vel centum annos decoquatur in aqua vel spiritu vini, nil elicitur; si ce-

si cera vel resinosa decóquantur in aqua regia, vel aqua forti, frustra erit, quia invicem sunt contraria, nullus coalitus, nulla invicem actio aut reactio.

4. Liquor, quantum fieri potest, sit simplex, non compositus, aut si hic tamen sumendus, poris ut sit apertis, observetur, i. e. aliis substantiis non sit impregnatus: quò enim simplicior, tenuior & dilutior fuerit liquor, eò cæteris paribus plus substantiæ medicamentosæ in se recipit; hinc cerevisia præ aqua, decoctum vel infusum præ aqua simplici minus huic negotio apta existunt. Vulgaris sanè error est, ut factis decoctis adhuc varia infundantur, ex quibus tamen liquor amplius quid recipere nequit: aut si propter circumstantias sumendus, recipiatur maximè dilutus, cujus pori adhuc aperti, ut valeant recipere plures medicamentosas substantias.

5. Quo denique inertioris & minus penetrantis erit texturæ, eò debilius fiet, minusque medicamentosum remedium; hinc etiam vinum præ aqua ex quam plurimis longè plus elicit. Ob id liquor seu menstruum interdum sit acuatum cum tartaro, sive ipsi addatur Sal tartari seu cremor aut crystalli tartari, sive tartarus crudus, sive terra foliata tartari. Sal tartari promtè liquescit & acuit menstruum, ut nempe partim melius penetret & dissolvatur subjectum, partim ut corrigatur malignitas nobis hostilis, si quâ subest in subjecto. In infusis autem Sal tartari, in decoctis cremor aut crystalli tartari meliùs conveniunt, cum sine ebullitione non solvantur. Observandum autem, quod, ubi decoctum refrixerit, tartarus iterum concrescat in crystallos: ne igitur tartarus iterum coaguletur, tunc addatur tantillum salis tartari, & nunquam concrescet; v. g. ad ℥ij. vel ℥iij. cremoris addatur salis tartari ℈j. ad ʒß. Sal verò essentiale in dosi paulo largiori utrique aptissimè jungitur. Imò alia interdum adduntur stimulantia pro varietate circumstantiarum: nunc ingredientia infundenda adsperguntur Tinctura tartari, quæ est alcalina, ut facilior fiat extractio, nunc additur tartarus vitriolatus, vel aliud Sal fixum, tàm simplex, quam compositum, &c.

In horum autem conjunctione similiter quatuor sunt observanda:

1. Specierum mistio, quæ incidenda, incidantur; quæ contundenda, contundantur; & ritè misceantur.

2. Ut species mistæ, cum liquore simul conjunctæ, committantur digestioni, plus in decoctis & fixis, minus in infusis & volatilibus; mediante enim infusione, tepore & calore, penetrat magis menstruum in corpora. Purgantia quò diutiùs digeruntur, eò mitiora fiunt, & vim suam purgantem magis exserunt, penetrando scilicet mista.

3. Ut digesta vel decocta ebullitione absolutâ transcolentur per pannum vel linteum, ut fiat separatio liquoris impregnati à fæculentis remanentiis. Quoad filtrationem in infusis antimonialibus observetur, ut per chartam filtrentur, ne aliquid de substātia antimonii hauriatur, & ita noxā adferat in corpore.

4. Observetur, quandoque opus esse edulcoratione cum saccharo vel syrupo appropriato pro gratia saporis & odoris, ne nauseam pariant; simili ratione ac supra in julepis vel misturis factum. Opus autem est in decoctis & infusis amaricantibus & nauseosis. Non rarò loco sacchari additur mel in morbis pectoris, & aliis, imprimis senum, in quibus est suspicio mucilaginis crassæ & viscidæ, quæ ob id resolvenda, incidenda, & attenuanda. Omnibus his usibus egregiè satisfacit mel, quod tunc temporis omnem istam mucilaginem mirè dissolvit.

Et quia interdum incompleta sunt medicamenta, tàm pro efficacia, quam pro gratia, addenda subinde quædam veniunt. Pro efficacia quidem electuarium, spiritus, extractum, syrupus, aut aliud quid à Medico pro intensionis ratione ordinandum, proportione ferè illâ, quæ *supra de potionibus* monita fuit.

Pro gratia, præter colaturam subinde *clarificatio* vel per residentiam, quod rarum, vel cum albumine ovi, quod frequens, instituitur, ut secedant ad fundum partes, quæ reddunt ingratum decoctum, hocque oculis, quin & ventriculo magis arrideat. Modum præscribit *SENNERTUS in Instit. in fine ubi de Decoctis*; sicut pro eodem scopo & *aromatisatio* superadditur adjectis aromatis ventriculo gratis, & medicamenta plus minus corrigentibus.

Decocta & Infusa autem præscribuntur vel pro usu interno, vel externo: Illa sunt vel alterantia, vel evacuantia, vel utraque simul.

Decoctum purgans nihil habet singulare præ alterante, nisi quod exacta requiratur suppuratio dosium purgantium ingredientium, quæ cum sint vegetabilia, talia infundenda vel decoquenda sunt, quæ virtutes suas possunt communicare menstruo aquoso, sive quæ non sunt resinosa.

Ex hoc fundamento facilè patebit, quod turbith, jalappa, item hermodactyli, gummi guttæ, scammoniata & similia resinosa, non nisi frustra infunduntur cum aliis purgantibus, quoniam hæc & alia sine effectu, ceu resinosa, permiscentur reliquis. Et certe is, qui novit legitimè infundere vel decoquere sennam, rhabarbarum & helleborum, vix opus habet reliquis: Ut taceam decocta purgantia propter nauseosum saporem, & propter horrendum gustum, nunc non esse amplius in usu adeo atque fuerunt tempore majorum: aut si adhuc præscribitur infusum aut decoctum tale, ex senna pro una saltem dosi præscribitur.

Infundendorum & decoquendorum proportio ad menstruum, ob circumstantias hactenus insinuatas, & alias plures tantùm non infinitas, vix determinari potest. Quo pauciora habentur ingredientia, eò utilius & melius fit decoctum aut infusum; quoniam ingredientium nimius cumulus infusum aut decoctum reddit crassum, spissum, & hinc ingratum, cum plura ingredientia plures etiam habeant sapores differentes. Imo non potest non fieri quin multa ingredientia multas & non rarò diversas habeant virtutes sibi non rarò repugnantes, & exinde effervescentias & subitaneas alterationes periculosas in corpore inducentes, propterea, quoniam ingredientia contrariæ virtutis sunt præscripta. Pro aliquali tamen idea tali proportione sibi invicem respondere possunt. Liquor respondens in mollioribus & volatilioribus triplum, quadruplum vel sextuplum; in durioribus & fixioribus sextuplum, octuplum aut

aut duodecuplum, esse potest, dum totius remedii moles ordinariò libram unam semis aut libras duas vix excedit. Absumptio in decocto ad medias, vel ad tertias, h. e. partes menstrui residuas, interdum saltem ad quartæ partis consumtionem præcipitur, aut post colaturam demum ejus quantitas determinatur, modo tamen non adeò certo, nisi prius menstrui quantum determinatum fuerit, siquidem ad medias, item ad tertias decoctio instituta esse potuerit, & ita nunc debilius, nunc potentius remedium obtineri. Ordo ingredientium præscribendorum solet observari talis: ut primò ponantur radices, hinc folia, utut ab aliis promiscuè, modò folia primo loco, modò radices præscribantur, & nulla hac in re certa præscribi queat lex, postea flores, hinc semina; quo etiam pertinent fructus, & denique aromata, quæ adduntur, partim ut corrigant ingredientia purgantia, partim ut concilietur gratia saporis & odoris, sicut hæc ipsa sunt satis clara in *MORELLO*, ad quem vos remitto. Quod attinet animalium partes, si sint duriores, radicibus & foliis permiscentur & immiscentur; sin verò sint molliores, postmodum adduntur. Sed hæc docet usus & lectio autorum: impossibile enim est omnia inculcare, Proportio præter propter est hæc:

Radicum ℥vj. ad ℥j.
Corticum ℥ij. ad summum ℥ß.
Lignorum ℥ß. ad nuc. j.
Herbarum M. j. ad M. ij.
Florum p. j. l. ij. ad iij.
Fructuum minor. par. ij. l. iv.
major. No. j. vel ij.
Seminum ℥ij. l. iij. ad unc. ß.
Aromatum ℥j.

Præter specialem ingredientium quorundam dosin, v. g. laxantium, aliorumve, animalium & mineralium dosis variat, sicque proportionata non potest dari.

Infusa hæc vel simpliciter menstruo infundantur, & ita pulveris forma cum liquore hauriuntur, vel nodulis linteis raris includuntur, à quo successive, cum aut sine expressione, liquor hauritur: vel Infusum paratum à speciebus colando separatur, & nunc ita solitarium, nunc sociatis iis, quæ decoctis addi solent, propinantur. Sed omnia hæc distinctiùs ex particularibus constabunt exemplis.

Ad Infusa pertinent *Vina medicata*, infundendo simplicia vegetabilia super vinum, ut per digestionem vinum impræghetur his ex simplicibus, & ut quotidiè semel vel bis accipiatur bonus haustus. Tale vinum ex tempore quod fit, est vel alterans, vel purgans, vel utrumque simul: Posterius est usitatissimum, imprimis tempore verno, aut autumnali, quibus temporibus pro purificanda massa sanguinea, expurgandis quibuscunque heterogeneitatibus, & restituenda naturali crasi in iis qui chronicis affectibus sunt obnoxii, commodissimè instituuntur tales curationes præservatoriæ ex alterantibus & purgantibus simul, ut & alterantia alterent crasin sanguinis vitiatam, & præcipitent separata excrementa vitiosa; purgantia econtrà sensim sensimque, vel, uti vocant, per epicrasin evacuent, atque ita sine molestia & difficultate corpus purificetur. In morbis chronicis, melancholicis, uterinis, & in similibus insultibus, usitatè præscribuntur, & ut à futuro morborum insultu præcaveant, Hinc res nota est, quod recipiantur simplicia incisa, & contusa, aut etiam nodulo inclusa, qui nodulus immittitur in lagenam vini, ut vinum impræghetur, de quo diebus singulis æger semper duabus horis ante pastum, aut etiam sub introitum lecti, bonum accipiat haustum, qui potus usque ad 8. imo ad 14. non rarò diem, continuatur. Imò tale vinum medicatum non tantum præservationis instituitur gratia tempore autumnali & vernali, sed etiam nonnunquam curationis gratiâ in morbis chronicis, v. g. in cura quartanæ, scorbuti, & similibus morbis, paratur tale infusum vini beneficio simplicium nodulo inclusorum.

Fit tale vinum medicatum in affectibus melancholicis & chronicis, in nervorum affectibus, paralysi & tremore; item pro cura epilepsiæ inveteratæ, pro cujus radicali exterminatione solent institui vina medicata: ii, qui laborant affectibus oculorum, commodissimè verno aut autumnali tempore talibus utuntur.

Modus præscribendi est idem atque in decoctis & infusis aliis, tantummodo præcipitur, ut incidantur & contundantur.

D. S.

Species zum Weine.

mulieres postmodum includunt sacculo, & infundunt in vinum pro potu.

Exempli loco sit præscribendus

Nodulus alterativus & laxativus vernalis in morbis chronicis ad purificandum sanguinem, h. e. ad dyscrasiam fluidarum corporis partium ex cruditatibus primarum viarum contractarum, corrigendam.

℞. *Hb. rec. Cochlear.*
Fumar.
Com. Absinth. aa. M. j. ad M. ij.
fol Senn. S. ſt. ℥vj. ad ℥j.
fl. Bellid. min.
Cichor. aa. p. ij.
Cent. min. p. ij. ad. M. j.
rad. Armorac.
Enul.
Fœnic. aa. ℥ß. ad ℥vj.
Helleb. nigri non præp. ℥ß.
Rhabarb. el. ℥iij.
Passul. min. conqu. ℥vj. ad ℥j.
sem. Anis.
Fœnic.
Nasturt. aa. ℥ij.
Cinnam.
Galang.
Zedoar. aa. ℥j.
♁ ℥iij. ad ℥ß.

Incisa & contusa includantur nodulo,

S.

Blutreinigender Laxir-Büschel in Wein.

Infund. in mens. j. *vini*, eâ exhaustâ, nova affundatur.

Sumantur autem talia purgantia, ut possint elici à vino, tanquam menstruo aquoso: Talia sunt folia Sennæ sine stipitibus, radix Ellebori nigri, Polypodii, Rhabarbari, &c. Hæc sola sunt, quæ elici possunt per menstruum aquosum. Dosis non attenditur; Menstruum enim non plus recipit, quam potest; v. g. unus haustus poculi vini non plus operabitur, quam duo pocula. Passulæ adduntur, ut in subjectis acrioribus sine effervescentia operentur in corpore. Si autem hic adderem

Agaricum, Colocynthidem, Jalappam, &c. quæ ordinario aliàs una infundi solet, nil proficerem; hæc enim & alia resinosa, ceu non appropriato menstruo, nullam extractionem patiuntur. Sal tartari partim pro usu proprio, dum cum acido vini in Sal essentiale abit, partim pro scopo corrigendi solutiva, ac simul promovendi solutionem additur. Loco ejus in hypochondriacis interdum limatura martis additur, quicquid dicat *GEIGERUS in Kelegraphia*; acidum enim vini hanc sufficienter rodit: sed nunquam simul, Sal tartari enim martem alioquin præcipitat.

Aliter:

℞. *Hb. Cochlear. rec.*
Com. Absinth.
fl. Cent. min. aa. M. ß. ad M. j.
fol Senn. s. st. ℥vj. ad ℥j.
rad. Armorac. rec. ℥j.
Gentianæ.
Helleb. nigr. non præp. aa. ℥ß.
Tarax. ʒij.
Esulæ non præp. ʒiß.
Caryophyll.
Cinnam.
Zingib. aa. ʒj.
sem. Anis. ʒiß.
Fœnic.
⊖ *tartari* aa. ʒiij.

Incis & contus. includantur nodulo,

S.

Püschel in Wein.

Infund. Vini Rhen. Mens. iß. capiatur omni mane bonus haustus cum vel sine expressione, prout fortius vel debilius se exserit; isque vel calidus, vel præmisso tantillo jusculo frigidus.

Nodulus purgans ad aliquot doses.

℞. *Com. Absinth.*
Hb. Menthæ aa. M. j.
fol. Senn. s. st. ℥vj.
rad. Helleb. nigri crudi ℥ß.
sem. Fœnic. ℥j.
Zedoar. ℥j.
Cinnam.
⊖ ♀ *i* aa. ʒij.

Incisa includ. nodulo,

D. S.

Püschel in Wein.

Nodulus pro vino *alterans & laxans* in *anorexia & apepsia*, ex mala diæta insequente.

℞. *Hb. Menthæ.* M. ij.
summ. Absinth. M. j.
fol. Senn. s. st.
rad. Enul. aa. ℥j.
Aron.
Helleb. nigr. crud. aa. ℥ß.
sem. Anis.
Fœnic. aa. ℥vj.
Galang.
Zedoar.
Zingib. aa. ℥vj.
⊖ ♀ ʒiij.
M. Incis. & contus.

S.

Purgier-Püschel in Wein.

Nodulus in diuturna quartana, ut exinde die intermissionis duo boni hauriantur haustus.

℞. *Com. Absinth.*
Hb. Card. bened.
Fumar. aa. M. j.
fl. Borrag.
Bugloss.
Cent. min.
Cichor. aa. p. j.
rad. Armorac.
Enul. aa. ℥vj. l. etiam ℥j.

(vel quoniam Armoracia est potens, potest præscribi *rad. Armorac.* ℥ß. & *Helenii* ℥j.)

Limat. ♂is depur. ℥iß.

(nam mars valde ponderosus est)

Passul. min. (pro gratia saporis & pro temperamento) ℥j.
Cinnam.
Galang.
Zedoar. aa. ℥j.
Crem. tartari ℥vj.

Incisa & contusa

S.

Species zum Kräuter-Wein.

Hæc includuntur sacculo, & infunduntur in vinum.

Quod si velim, ut fiat *vinum blande laxans & alterans*, subito post radices & flores ponerem.

fol. Senn. s. st. ℥vj.
rad. Helleb. nigr. præp. ℥j.
Rhabarb. el. ʒiij.
sem. Carth. contus. ℥vj.

Et hæc una cum reliquis permisceantur, & ita fiat vinum medicatum, quod esset & digestivum & evacuativum: digestivum ratione martis & tartari unà cum simplicibus febrifugis antiscorbuticis: esset evacuativum ratione purgantium. Aromata & passulæ ingrediuntur pro gratia saporis, pro gratia stomachi, & pro temperanda acrimonia humorum acidorum, in quartana abundantium, ratione imprimis passularum. Interdum potest fieri tale vinum passulatum elegans in affectibus epatis cum rhabarbaro, passulis & pauco, sacchari, vel tartaro & cremore tartari in vino infusis, in imminuto mensium fluxu, in ictero, cachexia, anasarca leucophlegmatia, & similibus.

Dabo aliud exemplum, ut facilius sit negotium.

Nodulus laxans & alterans pro muliere, hystericis passionibus subinde obnoxia, cum accedente imminuto mensium fluxu non omnino obstructo.

℞. *Com. Absinth.*
Hb. Artemis.
Marrub. alb.
Rorismar. aa. M. j.
fol. Senn. s. st. ℥vj.
febr. Calend.
Cent. min.
Cheiri
Croci Orient. aa. p. j.
rad. Bryon. ℥iß.
Angel.
Mechoacan. aa. ℥j.
Elleb. nigr. crud. ℥ß.
Gentian.
Levist.
Zedoar. aa. ℥ij.
cort. Aurant.
Citri aa. ʒiij.
bacc. Junip.
Lauri
sem. Cicer. rubr. aa. ʒij.
Cumin.
Erucæ
Nasturt. aa. ʒj.

Crem.

Crem. tartari ℥vj.
vel potius *Crem.* & ⊖*tartari* aa. ℥iij.
(pro stimulo menstrui, ut facilius & felicius extrahat)
Incisa & contusa S.
Species zum Mutter-Weine.

Potuissem addere *Cinnamomum, Zingiber*, *Zedoariam*, &c. sed non opus est, quoniam jam satis habebit saporem aromaticum. Aliter:

℞. *Hb. Rorismar.* M. ij.
Com. Absinth. M. j.
fol. Senn. s. st. ℥ß. ad ℥vj.
flor. Calend.
Cheiri
Croci aa. p. j.
rad. rec. Bryon. ℥iß.
Angel. ℥j.
Gent.
Zedoar. aa. ℥ij.
Helleb. nigr. non prep.
cort. Aurant. aa. ℥iij.
bacc. Junip. ℥vj. vel *harum & bacc.*
Lauri aa. ℥iij.
Cinnam.
Galang. aa. ℥j. ad ℥iß.
Limat. & rec. ℥iß.
Incisa & contusa includ. nodulo, S
Laxir-Büschel in Wein.

Gentiana & Zedoaria volatiliores & penetrantiores longè sunt, quàm Angelica: ergò in minori dosi adduntur: Bryonia in specie dicata est mulieribus, & evacuat serosiorem lympham earum. Ubi limaturam martis præscribere non placet, addatur salis tartari ℥iß. vel terræ foliatæ tartari ℥ij.

Omni mane hauriatur dosis vicii ordinarii.

Item:

℞. *Hb. Matricar.*
Meliss. aa. M. j.
fol. Senn. s. st. ℥ß. ad ℥j.
bacc. Junip.
rad. Bryon. rec. aa. drachm. vj.
Angel. drachm. iij.
Cass. lign. ver.
Zedoar. aa. drachm. iß.
⊖*tartari* drachm. ij.
Incis. & contus. includ. nodulo,

Infund. in Vini Rhen. Mens. ij. stent per ☽ & in loco calido, & hinc omni mane capiatur Haustus.

Nodulus contra Icterum flavum.

℞. *Com. Absinth.*
Hb. Marrub. aa. M. i.
rad. Chelidon. maj.
Rubiæ tinct. aa. ℥j.
⊖*tartari* ℥ij.
Incisa & contus. misceantur, & *nodulo* includantur.

Vel:

℞. *fol. Sabinæ.*
Salviæ aa. M. j.
rad. Aristol. ⊙. ℥j.
Ari rec. exsicc. ℥ß.
Zedoar.
Cinnam. aa. drachm. iij.
⊕*li & is* ritè par. ℥vj.
Incis. & cont. includ. *nodulo.*

Nodulus pro vino antiscorbutico.

℞. *Hb. rec. Cochlear.* M. iß.
Fumar. M. j.
Absinth.
Cherefol. aa. M. ß.
rad. Armor. rec. ℥iß.
Fœnic. ℥vj.
pom. Citr. concis. No. ij.
Pass. min. cont. ℥iß.
Incisa & contusa includantur Nodulo Vino infundendo.
Scorbutische Species zum Kräuter-Wein.

Vel:

℞. *Hb. rec. Cochlear.*
Nasturt. aa. M. j.
ras. Ligni Sassafr.
rad. Enul. aa. ℥iß.
Acori nostr. ℥j.
Galang.
cort. Aurant.
Citri aa. drachm. vj.
Limat. & is ℥ij.
Incisa & contusa includ. Nodulo, S.
Species zum Krampff.
pro infusione in Vinum.

Vinum Artheticum alterativum pro iis, qui laborant affectu podagrico, pro alterando acido in primis viis.

℞. *Hb. Rorismar.* M. ij.
Chamædr.
Chamæp.
Melissæ.
Salviæ aa. M. j.
rad. Chinæ ℥j.
Caryophyllat.
Enulæ camp.
Pœon. aa. ℥vj.
Galang.
Zingib.
Cinnam. aa. ℥ij.
bacc. Junip. ℥iß.
Incisa & contusa includantur nodulo pro lubitu, addito ⊖♀.
D. S.
Gliederstärckende Species in Wein.

China est subjectum fixum, ob diuturniorem tamen digestionem mitigatur vis fixior, ut vim suam exserat in hoc composito.

Nodulus pro infuso martiali una cum aliis pro virgine, cui menses suppressi sunt.

℞. *Hb. Artemis.*
Puleg. aa. M. j. ß
Sabinæ
fl. Cheiri aa. M. j.
Anth. Lil. alb. p. ij.
rad. Aristol. ⊙ *ver.* ℥j.
Valer. ℥ß.
Limat. ♂ ℥iij.
bacc. Lauri
Cass. lign. ver. aa. ℥iij.
sem. Anisi
Danci Cret.
Fœnic. aa. ℥ij.
Croci ℥iß.
Includantur nodulo, & infundantur in Vini ℔ ij. digeratur vase clauso per dies aliquot.

Vel:

℞. *Vini Rhen. in quo crebriùs chalybs candefactus extinctus fuerit* Mens. ij.
Huic infund.
Hb. Artemis.
Puleg.
Rorismar. aa. M. j.
Cass. lign. veræ ℥vj.

Cinnam

Cinnam. ʒij.
Croc. ʒj.
M. includ. nodulo,
S.

Eröffnend Püschel.

Conf. *HARTMANNI Prax. Chymiatr. c.* 169. §. 2. & *c.* 179. §. 8.

Vinum laxativum seu *Absinthites purgans.*
℞. *fl. Cent. min.* p. ij.
Rhabarb. el. drachm. ij.
⊖*tartari* ℈j.
Infund. in *Vini Absinth.* f. q.
stent in loco calido per noctem, manè
℞. *Colatur. leniter expr.* ℥iij.
adde
Syr. rosat. sol. dr. vj.
M. D. S.

Purgierender Wermuth-Wein auff einmahl.

Infusum laxativum polychrestum.
℞. *fol. Senn. f. st.* dr. iß. ad dr. ij.
rad. Rhabarb. el. l. *Helleb. nigr. non prep.* ℈ij. l. dr. j. ad dr. iß.
Zingib. ℈ß.
⊖*tartari* ℈j.
Infund.
Infund. in f. q. ▽ *comm.* l. *Fumar.*
stent in loco tepido per ☌: manè
℞. *Colat.* ℥iij.
add.
▽ *Cinnam.* dr. j. ad dr. iß. l. dr. iij.
Syr. de pomis ℥iij. l. ℥ß.
M. D. S.

Lavier-Tränckleln/auff einmahl.

Sal tartari è Rhabarbaro extrahit Tincturam rubram, & corrigit saporem ejus nauseosum, & foliorum sennæ: qui fortius laxare volunt, Colaturæ addant:

Extractum trochiscorum alhandal.
Infusum absinthites purgans in febribus intermittentibus pro una dosi.
℞. *Com. Absinth.* M. ß.
fl. Cent. min. p. ij.
Rhabarb. el. ℥ij.
Helleb. nigr. ʒj.
Cinnam.
⊖*tartari* aa. ℈j.
Infund. in f. q. ▽ *fumar.*
stent in loco tepido per noctem: manè
℞. Colatur. ℥iij.
adde
Syr. Rosar. solut. ℥iij.
M. pro 1. dosi. S.

Erweichender Tranck auff einmahl.

Infusa antifebrilia, in specie *contra Quartanas:*
℞. *Pulv. China Chin.* ℥vj. ad unc. j.
rad. Gent. ℥iij.
fl. Cent. min. p. jv.
Piperis longi drachm. j.
⊖*tartari* unc. ß.
M. f. p. S.

Species im Wein.

Vel:
℞. *Cort. China Chin.* drachm. vj.
Guajac. drachm. ℥ij. l. iij.
com. Cent. min. M. j.
Cinnam. drachm. ij.
Caryophyll.
Lapill. ♋. prep. aa. ℈j.
⊖*tartari* ℥iij.
M. f. pulvis:
Infund. in *Vini* vel *Absinth.* vel *Gallici*, vel *Rhenan.* Mens. iß. subinde agitando.

Tempore usus omnibus bene commixtis capiatur bonus haustus, idque ad imitationem Gallorum, præsertim D. *MONGINOTTI r. de Cura febrium per Chinam China.* Ritè usurpata raro fallunt, signa coctionis ubi præcesserunt.

Loco corticis Peruviani & *lignum colubrinum amarissimum*, præsertim *in Tertianis*, recipi potest. Delicatioribus inclusus nodulo pulvis ita infundi, & prævia expressione Infusum hauriri potest.

Infusum passulatum convenientissimum *laxativum, pro hypochondriacis & melancholicis*, aliisque, qui siccioris sunt alvi.
℞. *Passul. min.* unc. ij. l. iij.
fol. Senn. f. st. ℥vj.
Cinnamom. el ℥iß. ad ℥iij.
Caryophyll. ʒj. ad ʒiß.
Crem. tartari ℥iß. ad ℥.
Incisa & contusa probè in mortario lapideo infund. in f. q. ▽ simpl. v. g. ib. ij. ad ℔ iij.
stent in loco calido per noctem vel per 24. horas, vase clauso: manè ubi omnia refrixerint, colentur per chartam vel linteum densum,
S.

Lavier-Julep / oder eröffnender Tranck.

De hoc hauriant per dosi unc iij. vel jv. & alvus feliciter aperitur. Convenit hypochondriacis, melancholicis, quartanariis, & passionibus hystericis obnoxiis, utpote quæ alvi sunt durioris & clausæ, adeò ut per fortiora medicamenta vix moveantur.

Alio modo:
℞. *Passul. min. conquass.* unc. iij.
decoqu.
Decoqu. in f. q. ▽ *a simpl.*
Colat. fervent. ℔ ij. infunde
fol. Senn. f. st. ℥ß.
rad Helleb. nigr. crud.
cort. Aurant. aa. ℥ij.
Galang.
Zingib. aa. ʒj.
stent in loco tepido per noctem vase clauso:
Colatura recipiatur, & addatur
Cochlear. ℥iij.
M. D. S.

Eröffnender Tranck.

Pertinet huc
Infusum purgans ex senna pro delicatulis ad aliquot doses, à D. *MICHAELIS* olim laudatum.
℞. *fol. Sena. f. st. pulver.* qu. v.
Hisce addatur
Passul. min. lotar. duplum.
contundantur omnia in mortario lapideo, ut fiat inde pasta;
cui adde
Cinnam. morsu el. ℥iij.
Caryophyll. ℥iß. ad ℥ij.
Hinc in vase fictili affundatur
▽ ferventiss. q. l. (h. e. ad folior. ʒj.
Passular. ℥ij. ▽ ℥xv.)
stent in vase clauso in loco tepido, vel in MB. per 6. vel 8. horas: filtrentur per chartam, & per spontaneam residentiam depurentur. Liquor decantatus clarus asservetur pro usu.

Sed

Dosis infanti ʒiij ad unc. ß & unc. j; adulto ℥iij. robusto unc. v. quin & alia minus nauseosa purgantia una infundi poterunt pro subjectorum ratione, sicut & de tartaro puro aliquid simul propter sennam addi potest.

Præter vina & aquas *Infusiones* etiam fiunt *in sero lactis*, imprimis ubi adsunt phlogoses & ardores vagissimulq; incensio est urinam promovendi. Serum lactis enim per se non parum habet virtutis medicamẽtosæ, ratione imprimis salis volatilis temperati; & cum per se sit egregium antiscorbuticum & conveniat admodum tam in scorbuto, quam febre cum scorbuto cõjuncta; propterea possunt fieri decocta & infusa in sero lactis in malo hypochõdriaco, scorbuto, & similibus morbis. Convenientissimè infunduntur in serum lactis plantæ antiscorbuticæ, ex eo, quoniam serum lactis temperat saporem acrem, & quibusdam adversum, plantarum antiscorbuticarum.

Dabo adhuc aliquot exempla de *sero lactis purgante*, v. g. in scorbuto:

℞. *fol. senn. s. st.* ʒiij.
Epith. ʒj.
Thymi.
sem. Anisi aa. ℈j.
Zingib. ℈ß.
crem. ♃i (hic tanquam acuativum liquoris ultimo loco ponitur) ℈j. l. ʒß.

Infundantur in *seri lactis caprin.* ℥jv. l. vj. stent in infuso per noctem in loco calido; manè factâ levi ebullitione, colet.

Syr. rosar. solut. ℥j.
& add. M. D. S.
Purgier-Tränckleín.

Infusum alterans in scorbuto ex sero lactis.

℞. *Hb. Anagall. aquat.*
Cochlear.
Nasturt. aquat. aa. M. ij.
Sedi min.
Com. Absinth. aa. M j.
Macis. ʒj.

concisa & contusa infund. in s. q. *seri lactis.* stent in loco calido, post filtrentur vel colentur; colatur. adde

▽ *Cinnam.* ℥ß. l. ℥j.
M. D. pro potu.

Optimus modus parandi *Infusa scorbutica ex sero lactis* est iste, quem habet *HORSTIUS lib. 7. obs. 26.* fit ex succo permisto infuso seri lactis. Modus est hic:

℞. *Hb. Anagall. aquat.*
Cochlear.
Nasturt. aquat.
Nummular. aa. M. ij.
Com. Absinth. virid.
Hb. Rutæ.
Sedi min. aa. M. ß.

Incidantur & conterantur in mortario lapideo, per pannum lineum trajiciatur succus, qui in vase vitreo conservetur.

℞. Herbas, ex quibus succus expressus est; Coqu. in sero lact. caprin. depurato, leniter per pannum lineũ exprimatur, post expressionem huic addatur succus prior, misceantur & aromatisentur pro Potione: cujus dosis sint unc. iij. unc. v. unc. viij ad summum.

Infusum aliud *antiscorbuticum.*

℞. *Hb. rec. Fumar.*
Trifol. aquat. aa. M. ij.
Beccabung.
Cochlear.
Nasturt. aa. M j.
rad. rec. Armorac. unc. iij.
Enul.
sem. Erucæ ʒ. vj.

Incisis, affund. serum lactis caprini cum succo Citri ⊼atum: stent in infusione per ♃ ♂ vase clauso.

Item:

℞. *Hb. Acetos.*
Cochlear. rec.
Nasturt. aquat. rec. aa. M. j. ad M. ij.
rad. rec. Armorac. (*Raphan. rustic.*) unc. j. ad unc. iß.

Concisa & contusa in mortario lapideo infund. in

Seri lact. depur. lb. ij l. lb. ijß ad lb. iij.

stent in loco tepido per noctem in vase clauso, manè

℞. *Colaturam*; adde

▽ *Cinnamomi* ℥ß. ad ʒvj.
Sacch. vel *Syr. acetos. Citri* vel *Scelotyrb. Forest.* q. s. pro aliquali edulcoratione, S.
Scorbutischer Tranck auff etliche mahl.

Dosis unc. iij. l. jv.

Vel

℞. *Hb. Cochlear.* M. ji.
rad. Armorac.
Enul.
Passul. min. aa. unc. j.
bacc. Junip. ʒvj.

Incisa & contusa infundantur in *serum lactis* vel *vinum.*

Potentior est succus, si speciebus istis prioribus sub contusione affundatur seri lactis saltem q. s. pro meliori coquassatione, & ita succos exprimitur, qui vel ita cum pauco saccharo edulcoratus absorbeatur; vel illius unc. iß sub usu seri lactis q. s. addatur, & ita hauriatur.

Serum lactis autem *depuretur* à grumis caseosis per acida, quæ coagulant istos, & in fundum præcipitant. Primatum hic obtinet *succus citri*, loco cujus tamen tantillum *aceti destillati* vel *aluminis pulverisati* injici potest, cùm in genere quodcunque acidum serum depuret.

Interdum etiam *cum succis vegetabilium depuratis* fiunt *Infusa* vel alterantia vel purgantia: e. g. Infusa in succum pomorum Borsdorffianorum sunt conveniens potus in malo hypochondriaco, in melancholia hypochondriaca, & similibus morbis ab acido austero ortis. Nam hic succus pomorum Borsdorffianorũ habet vim quandam aromaticam in se, ratione cujus valdè conducit instar potus ad corroborandũ & restaurandũ: præterea per alvum laxando & abstergendo, simulque acidum in corpore humano abundans corrigendo & emendando, & propter has virtutes est specificum conveniens melancholicis. Hinc etiam fit Extractum martis cum succo pomorum Borsdorffianorum, elegans in morbis chronicis & contumaciorĭbus uti *superiùs de marte* monitum fuit. Ita succo nasturtii vel cochleariæ depurato & sero lactis misto ana commode infunduntur simplicia, quæ in morbis chronicis usurpantur & communiter *Aperitiva* appellantur: v. g. fit

Infusum laxativum antiscorbuticum.

℞. *fol. senn. s. st.* ʒvj.
rad. Helleb. nigri ℥ß.
succi dep. Chelid. min.

Cochlear.
Fumar. aa. ℥ij l. iij.
ſtent in infuſione per ☌ ☽ in vaſe clauſo loco frigido; de quo tempore uſus transcolentur ℥iij vel iv. & pro ſaporis gratia cum ſ. q. *ſacchari* edulcorentur, S.

Scorbutiſcher Lavier-Safft.

Saccharum additur pro corrigenda acrimonia antiſcorbuticorum acrium ſuccorum.

Sumantur jejuno ſtomacho mane pro doſi ℥iſ.

Interdum, quando talia infuſa ſunt minus efficacia, ſive ſint cum vino, ſive cum ſuccis, ſive cum ſero lactis, quocunque modo parata, ſi ſcilicet metus eſt, ne in ſubjectis fortioribus minus moveant, & aſſumantur ſine alteratione, in tali caſu uſitatum eſt, ut ſingulis hauſtibus addatur vel ſpiritus, vel eſſentia, vel tinctura aut extractum appropriatum, &c. v. g. in hypochondriacis additur Elixyr proprietatis: qui laborant ſcorbuto, iis ſingulis hauſtibus infuſionis aut decocti adduntur guttæ x. ad xx. ſpiritus cochlariæ, vel ſpiritus cochleariæ cum ſpiritu radicis Armoraciæ conjuncti, item ſpiritus aperitivus Penoti: mulieribus, quæ laborant præter affectus chronicos aliis affectibus uterinis, hauſtibus ſingulis admiſcentur guttæ x. xii. aut xv. Elixyris uterini Crollii: iis, qui laborant epilepſia, eorum hauſtibus medicatis adduntur aliquot guttæ ſpiritus vitrioli epileptici, ſeu ſpiritus vitrioli cephalici, ſpiritus cranii humani, aut ſpiritus ſanguinis humani: iis, qui laborant febribus chronicis, ſingulis hauſtibus additur ſpiritus ſalis ammoniaci, vel alius ſpiritus febriſugus uſitatus: Vid. *caput. MORELLI de Vinis Medicatis*, in quo eſt ſatis prolixus, & omnia accuratè pertractat, ſive loquatur de vino alterante, ſive etiam purgante.

Sunt etiam *Infuſa Vomitoria* frequenti in uſu, ubi præ reliquis primatum ducunt antimonialia in vino infuſa, quæ promptè & feliciter operantur. Sit exempli gratiâ

Infuſum ſeu *Vinum antimoniale emeticum.*

℞. *Mercurii vitæ*, vel *Croc. metall. comm.* aut *abſinthiac.* gr. ij, iv. v. vj l. vij.
Infundatur in ſ. q. Vini Rhenani:
Stent in loco tepido per noctem, mane filtr. per chartam emporeticam.

℞. Hujus filtrati ℥ß. ad ℥l, ad ſummum ℥iß. pro conſideratione ægri; adde
▽ *Cinnam.* ʒij.
M. D. S.

Brechwein auff ein mahl.

Filtratur benè per chartam, ne aliquid de ſubſtantia antimonii unà tranſeat quæ adhæſu ſuo in inteſtinis ſolet inducere tormina, hypercatharſes, & diarrhœas. Hic ſimul obſervetur: quod quantitas liquoris ſeu vini magis attendatur, quàm ſubſtantia antimonialis infundenda, quoniam antimonii virtutes ſunt indeterminatæ, & grana quinque vel ſex vomitivi antimonialis tàm poſſunt impregnare uncias quatuor liquoris, quàm illius uncia una: adeò ut etiam mercurii vitæ grana ſex cum libris duabus vini poſſunt infundi, ubi ſaltem ratio liquoris habenda. Nam quo copioſior eſt liquor, eò etiam fortior poſtmodum erit evacuatio; quò paucior eſt liquor, eò minor ſolet eſſe vomit°, ut rectè monet *WALLÆUS M. M. pag.* 59. qui meretur ut videatur. Unde etiam poteſt uſitate præſcribi in officinas

Potio Vomitiva,

hoc modo:

℞. *Vini emet. ex infuſ. croci metall. vel Mercurii vitæ* ʒvj. l. ℥j.
D. S.

Brech-Wein.

Alio modo:

℞. *Vini Rhen.* ℥j. robuſto ℥iß.
Infund. in calicem ex vitro ☌ii paratum ſtent in loco calido per noctem, manè filtr. per chart. emporeticam, S.

Brech-Wein.

Calix hic, ſive habeat unciam unam, ſive libram unam, idem eſt; neque enim liquor plus recipit, quàm recipere poteſt.

Aliud *Infuſum Emetitum.*

℞. *fol. Aſari rec.* No. viij. ad x. minutim. incisa infund. per noctem in *Aqu. card. bened.* unc. jv.
manè ℞. Colat. adde
Oxymell. ſimpl. unc. ß.
M. D. S.

Brech-Träncklein

Aliud fortius:

℞. *fol. Aſari rec.* No. ix.
Contrantur in mortario lapideo cum piſtillo ligneo, affundendo ſenſim *Oxymel ſimpl.* unc. ß. ad unc. j. tamdiu terendo, donec in potabilem ſuccum ſint contrita; hinc adde
Aqu. card. bened. unc. ij. ad unc. jv.
M. f. *Hauſtus.*
S.

Brech-Träncklein.

Pertinent huc *Vina medicata* vel *analeptica*, ex aromatis parata, aliàs dicta *Vina Hippocratica* ſeu *Clareta.* Fiunt ex aromatis, in ſpecie ex cinnamomo & Zingibere, in vino infuſis: Vinum hoc aromatibus impregnatum transcolatur per manicam Hippocratis, quæ eſt ſacculus, vel laneus vel linteus acuminatus, in fine perforatus: hoc reiteratur aliquoties, ut ſenſim ſenſimque vinum impregnetur aromatis, poſt additur ſacchari plus minus pro gratia ſaporis. Prout ergò magis vel minus aromatiſatum poſtulamus vinum, eò ſæpiùs vel parciùs inſtituitur talis per manicam Hippocratis colatio. Apud nos ſunt rariora, & vel ſimpliciter analeptica, vel alterantia, vel ſimul laxantia.

Dabo exemplum Vini Hippocratici ſive Clareti pectoralis, quoniam in talibus affectibus talia dulcia expetuntur: Ponam v. g. tuſſim à lympha tenui & acri, cum mucilagine craſſa oriundam, pro quo tale præſcriberem *Claretum Pectorale.*

℞. *Hb. Hyſſop.*
Marrub. alb.
Menthæ. aa. M. j.
rad. Liquirit.
Enulæ.
rad. Ireös Flor. aa. unc. ß l. ʒvj.

(Hæc debet eſſe baſis, propterea in majori doſi præſcribuntur.)

Caricar. l. *ficuum pingu.* Num. viij.
Paſſul. min. unc. ſß ad ʒvj.
Infund. in ſ. q. Vini & Hydromelitis:
Colatura trajiciatur per manicam Hippocratis bis vel ter, S.

Brust Claret auff etliche mahl.

Videa-

Videatur *MORELLUS de Vinis Medicatis*, ubi habet de *Vino Hippocratico.*

Vinum Hippocraticum seu *Claretum laxativum pro sene catarrhali.*

℞. *bacc. Junip rec.* ℥vj.
fol. senn. s. ſ. ℥iij. l. unc. *ß.*
rad. Acori veri rec. unc. *ß.*
Helleb. nigr. ℥iß. ad ℥ij.
Zingib. ℥j. ad ℥iß.
Cinnam.
Cubebar.
Galang. aa. ℥j.
Macis ℥ß.
Crem. tartari ℥j. ad ℥ij.

Infund. in *Vin. Rhen. opt.* lb. *iß.*
Stent in loco tepido per triduum, ut diſſolvatur cremor tartari, hinc edulcoretur cum *ſacch.* unc. *iß.* ad unc. ij.
& colentur bis vel ter per manicam Hippocratis, S.

Stärckend Laxier-Claret.

In uſu autem hæc ſunt debilioribus ſenibus, quibus vi analepticâ volumus ſuccurrere.

Hæc eſt aromatiſatio vinorum vel decoctorum, quæ nunc fiunt, uti dixi, injiciendo aromata, nunc trajiciendo per manicam Hippocratis. Plura de his videbitis in *MORELLO.*

Hiſce modis ſimplici ſpecierum per menſtruum extractione præſcribuntur Infuſa: Pertinent huc *Vina & Cerevisiæ medicatæ* per infuſionem & fermentationem: Nempe vina medicata parantur, vel per infuſionem in vinum jam perfectum, vel quando in muſtum recenter expreſſum ſub fermentationis opere infunduntur vegetabilia varia, quorum virtutibus volumus impregnare vinum, vel ita nuda, vel nodulo raro incluſa, & in medio liquoris ſuſpenſa, quo mediante in textura gummeo-reſinoſa melius recluduntur, ac ita exactiùs menſtruo uniuntur, & ſub alterutrius fermentativo motu potus medicamentoſus emergat, qui ſub minori digeſtionis primæ labore altiùs partes corporis ſubit, & alterativas impreſſiones undique exſerit; unde talia Vina conveniunt ſubjectis, morbis chronicis afflictatis. Ex his Vinum acaciæ, abſinthites, cochleariæ, &c. ſæpè in uſu eſt. Species infundendæ ſaltem in majori quanto, habita ratione liquoris, in quem fit infuſio, præſcribuntur.

Quod dictum de vino, etiam intelligendum eſt in noſtris regionibus ſeplentrionalibus de cereviſia, eodem namque modo atque vinum fit medicatum, eodem quoque modo cereviſiæ recenti & à coctura ferventi ſpecies infunduntur.

Talis eſt *Cerevisia antiſcorbutica Timæi in Epiſt. lib. 6. Epiſt. 14. pag. 428.* Sicut in cereviſiis medicatis excellunt Angli, qui v. g. habent cereviſiam antiſcorbuticam ex plantis antiſcorbuticis; eſt potus ſuaviſſimus, & ſapit fortiter cochleariam, & convenientiſſimus æquè ac frequentiſſimus Anglis potus eſt in ſcorbuto, quô aliàs eorum regio epidemicè eſt infecta: Sic pariter cereviſiam citratam medicatam habent, ſaporis blande aciduli, qui potus febricitantibus & in morbis malignis & ſimilibus, ubi vires ſunt deperditæ & proſtratæ, convenient eſt: Cum radice pariter Chinæ cereviſiam habent pro potu ordinario, præprimis ii, qui laborant lue Gallica, & catarrhis, ratione ingredientis ligni ſaſſafras.

Modus tales cereviſias parandi eſt duplex:

1. Species infunduntur interdum ſub coctura, quando lupulus additur.
2. ſub fermentatione.

Primus modus non admodum conveniens eſt, quia eſt vehemens, & ſub coctura paulò volatiliora avolant: ſub fermentatione ergo, vel in cadis majoribus, in den Büttigen/ vel quando jam cereviſia incluſa eſt ſuis vaſis, parentur, infundendo ſpecies medicinales nunc ſimpliciter, nunc nodulo ligatas, ut ita generoſior & efficacior fiat cereviſia medicata. Tales potus medicati ſunt convenientiſſimi pro uſu quotidiano & ordinariò in morbis chronicis, in morbis contumacioribus & ſimilibus: Sic vinum abſinthites & cereviſia abſinthiaca conveniunt in ſcorbuto, cachexiis, malo hypochondriaco, & ſimilibus affectibus, quorum radix ſolet eſſe in ſtomacho & primis viis; & obſervatum, vinum & cereviſiam abſinthiacam ſimul blandum & ſuavem inducere ſomnum. Cereviſia Roriſmarinata convenit mulieribus in earum affectibus. Vinum florum acaciæ valde convenit in purificanda & depuranda maſſa ſanguinea. Vinum cochlariæ convenit iis, qui laborant ſcorbuto, aut affectibus propius ad ſcorbutum accedentibus, quales ſunt hypochondriaci. Cereviſia ſcolopendriata, das Hirſch-Zungen Bier / conducit in morbis chronicis, Spleni vulgò attributis, quartana, ictero nigro, hypochondriaco affectu, & ſimilibus aliis.

Ut verò habeatur ſpecimen, ſit

Vinum medicatum abſinthiacum.

℞. *Rad. Caryophyllat.*
Hb. Card. bened.
Roriſmar. aa. lb. *ß.*
Abſinth. lb. ij. *ß.*
Com. Cent. min.
flor. Samb.
cort. Aurant.
Citri aa. unc. iij.
Inciſa & contuſa
S.

Species zum Bittern Wein.

In amphoram (60. menſurarum) unam, vel cum ſemiſſe muſti,

Specierum harum debet fieri infuſio.

Vinum vel *Cereviſia medicata.*

℞. *Hb. Card. bened.* M. jv.
Roriſmar, M. ij.
Hb. Fumar. M. j.
Raſ. ligni ſaſſafr. unc. iij.
rad. Acori veri unc. *iß.* l. unc. ij.
Caryophyllat. unc. j.
cort. Aurant.
Citri aa. unc. *ß.* ad unc. j.

Inciſa & contuſa indantur nodulo, & ſuſpendantur in muſto vel cereviſia fermentante.

Sufficiunt hæ ſpecies pro integra amphora, zum ganzen Eymer.

Cereviſia vel Vinum anticachecticum aut *antihypochondriacum.*

℞. *Hb. Cochlear.* M. jv.
Fumar.
Naſturt. aa. M. ij.
rad. rec. Cichor. unc. iij.
Scorzon. unc. ij.
Caryophyllat. unc. j.
cort. Fraxini unc. *iß.*
bacc. Junip. unc. ij.
Inciſa & contuſa
S.

Species zu einem Viertel Weiß oder Bier.

Hæc ſub fermentatione infundantur, & omni paſtu capiatur hauſtus.

Cerevisia medicata anticachectica & anti hypochondriaca.

℞. *Hb Scolopendr.* lb. ß.
Card. bened. M. iij.
rad. Cichor. rec. lb. ß.
Enulæ rec. unc. iij.
bacc. junip. rec. lb. iij.
Incisa & contusa
S.

Species zum Kräuter-Bier.

Hæ Mensur. 30. ad 40. quarum quælibet lb. iij. Medicas constituit, infundendæ ante fermentationem, & ita in liquore relinquendæ, donec liquoris peractâ fermentatione fiat transvasatio.

Cerevisia medicata contra arthritidem & nephritidem.

℞. *Hb. Chamædr.*
Fragar. aa M. jß.
Ononod.
flor. Hyperic. aa. M. j.
rad. bryon. unc. iß.
sarsæ par. unc. i.
ligni Nephrit. unc. iij.
bacc. junip. rec. ℥vj.
Costi arom. veri ʒiij.

Incisa & contusa includ. nodulo, suspendẽdo in cerevisia fermentata: vel species injiciantur cerevisiæ, à coctura adhuc calenti, ante fermentationem, D. S.

Species zum Viertel/oder zum Kräuter-Bier.

Huc & pertinent alia *Fermentata vinosa artificialia* ex succis & liquoribus vegetabilium parata, qui æmulantur vinum, non verò sunt revera tale, in quo artificio Angli excellunt, utut ad officinales potiùs labores, quam magistrales præscriptiones, pertineant. Notum enim est, quod è pyris, cydoniis aliisque pomis succulentis per fermentationem paretur vinum. Quidam in succis tales infundunt aromata, & simul fermentare sinunt e. g. ex succo pomorum Borsdorfianorum paratur elegans *Vinum antiscorbuticum*, cui si addantur *passulæ* saporem habet tanquam vinum Malvaticum, & in affectibus hypochondriacis, aliisque morbis chronicis & contumacioribus convenientissimum est: Sic ex passulis & saccharo, affusa s. q. aquæ, per fermentationem fit suavissimum vinum instar Petri Simonis. Quid? quod solæ passulæ fermentando in vinum rediguntur: Sic & rubus idæus dat vinum rubellum elegantissimum sapore, pro ægris nimis debilibus, in febribus malignis & ardentibus: Vinum cydonites est austeriusculum; aromatisatum verò intestinis est dicatum: Exempli loco dabo *Potum medicamentosum fermentatum*, Viennæ & Austriæ quibusdam in locis usitatum, hypochondriacis imprimis ac lumborũ renumq; phlogosi & æstu correptis crebrius, vel loco potus ordinarii hauriendum:

℞. *bacc. juniperi* lb. j
Passul. min. unc. xv.
♀ *Venet.* unc. ß. ad unc j.
Fruct. Cynosb. c. Arill. M. j.
Acacc. c. nucl. M. j.

Infund. in *aqua comm.* unc. xvj. (forsan. lb. xvj. vel mens. xvj.) in vase apto ligneo, & propè fornacem, vel loco quodam in calido fermentare permittantur, hinc transvasatur, & pro potu non ingrato asservatur.

Quæritur *an non simili ratione per animalia & minerali sub fermentatione impregnari possint vina & cerevisia ut de succis vegetabilium dictum?* Affirm. De animalibus enim res clara est, non minus & de mineralibus: Sic vino fermentanti si injiciatur sulphur, in affectibus cutaneis erit optimum remedium. Nota quoque sunt vina martialia medicamentosa, in quibus scilicet mars candefactus extinguitur, & quo sæpius hoc fit, eò magis medicamentosum & anticachecticum est vinum, resistens morbis chronicis; Item antimonium vino fermentanti infusum in lue venerea convenientissimum est. Vinum, cui *in* fusus mercurius vivus optimũ est contra lumbricos, in quem finem etiam à modernis sæpè usurpatur. De cinnabari antimonii res quoque nota est. *HELMONTIUS in Tr. In Verbis, Herbis & Lapidibus magna latet Vis;* jubet ut cinnabaris antimonii vera fiat ex vero sulphure antimonii (præparationem docet *TACHENIUS in Hippocr. Chymico*) & mercurio antimoniali, cujus unciæ duæ nodulo inclusæ, infusæ doalio vini vel cerevisiæ, redd n: mirabile vinum. Dn. *BOYLE* recipit cinnabarin antimonii communi modo paratam, & in amphoram vini Rhenani suspendit, & hinc mirabiles vires medicamentosas in casibus Chirurgicis contumacioribus expertus est.

Habuimus hactenus Infusa interna: sequuntur jam pariter externa, circa quæ quidem nulla essentialis occurrit differentia, utut ex partium affectarum, ipsorumque affectuum varietate accidentalis quædam diversitas subinde occurrat. Hæc inter primò sit

Infusum spirituosum contra dolores artuum fixos scorbuticos.

℞. *fol. Nicot.*
Origan.
flor. Samb. aa. M. j.
Lavend.
Lil. Convall.
Stoechad Arab. aa. p i.
rad. Angelic. ℥j.
Ari
Pyrethri aa. ʒj.
sem. Eruca ℥vj.
Castor ʒiij.
Concis. & contus. infund. in
spir. Vin. ℔. ij.
∽ *Lumbr.* p. j.
Digerant invicem & filtr. S.

Eusserliche Mixtur.

Hac essentia artus & membra probè prius linteis asperioribus fricẽtur, & de hinc essentia illinatur, ut melius penetret, ac citius levet mala.

Aliud:

℞. *Roris mar.*
Salv. aa. M. j.
flor. Lavend.
samb. aa. M. ß.
rad. Pyrethri ℥vj.
bacc. junip. unc. ß
sem. Coriandr.
Eruca. aa. ℥iß.
Incisa & contusa infund. in ℔. q.
Spir. vin. rectif. part. jv.
∽ Cochleariæ part. j.
stent in loco tepido vase clauso per aliquot ☌ ℞: filtrentur per chartam:
S.

Eusserlicher Glieder-Spiritus.

℞. *fol. Hyosciam.* M. iij.
serpilli. M. ij.
Salv. M j.

flor.

flor. Lavend.
Spicæ, aa. p. iij. l. jv.
rad. Angelic.
bacc. Angelic. aa. unc. j.
Zingiber. unc. ß.
Concis. & contus. infund. in
Spir. vin q. s.
Digerantur per biduum: filtr. S.
Eusserlich Schmertzstillender Glieder-
Spiritus zum Schmieren.

Infusum ad affectus paraliticos aut dolores fixos scorbuticos artuum
℞. *Hb. Roris mar.*
Salv.
fol. Nicot. aa. M. j.
fl. Anthos.
Lavend.
Stoech. Arab. aa. p. ij.
rad. Angel. unc. ß.
Aron.
Pyrethr. aa. ʒij.
sem. Eruc. ʒ vj.
Castor. ʒ iij.
Contusa & concis. infundantur in
Spir. vin. p. ij.
∽ *Lumbr. Vestr.* p. j.
stent in loco tepido, vase probè clauso per aliquot dies:
Liquor filtratus
D. S.
Eusserlicher Glieder-Spiritus.

Hoc ipso tepido, aut moderatè calefacto artus vel loca dolentia benè fricanda & illinenda veniunt: vel idem infusum cum vel sine spiritu lumbricorum, pro scopo discutiendi, resolvendi, attenuandi varie instar fotus humidi tepidi crebrius usurpari & reiterari poterit.

Aliud *ad affectus artuum paralyticos.*
℞. *Hb. Beton. l. Lavend.*
Roris mar.
Salv. aa. M. j.
fl. Anthos.
Lil. Convall. l. Lavend.
Primul. veris aa. p. ij.
bacc. Junip. unc. j.
Castor. ʒ iij.
Pip. utriusque aa. ʒ ij ß.
Concis. & contus. infund. in s. q. *Spir. vin.*
Digerantur aliquandiu, & filtrentur.
D. S.
Eusserliche Glieder-Essentz.

qua ipsa inungendæ partes externè.

Potest etiam destillari & fieri exinde spiritus articularis ad extra. Loco talium *Essentia Castorei*, vel *succini*, vel *spiritus vini camphoratus* sufficiunt.

Infusum pro oculo sive *Collyrium* multi usus, *ad rubedinem, maculas, albugines, nebulas, ulcera, pustulas, scabiem, oculorum*, &c.
℞. *Decoct.* ♃ *c.* ▽ *Calcatr. par.* ℥ vj.
⊖ *ci depur.* ℥ ß.
mittantur in *pelvim aneam* per noctem: vel ipsi *mistura* parum *Limat. aurichalci* immittatur, donec sapphirinum ex cupro colorem contraxerint, filtrentur celeri manu. S.
Augen Wasser.

Vel instillatur oculo, vel cum linteo tepidiusculè applicatur; nunc, ubi acrior fuerit, pauca aqua fœniculi diluta, &c. sanè solum sal ammoniacum cum aqua appropriata solutũ, ita ut citra insignem sensum oculi illud ferre queant, ad maculas & albugines oculorum delendas, etiam si avariolis relictæ fuerint, multum confert.

Infusum ad oculos à causa externa v. g. *aëre pluvioso ac ventoso lesos:*
℞. *Mucil. sem. Cydon.*
Fœnugr.
Hormin. ana *per infusionem in aqu. fl. Cyani extract.* ʒ iij
Sach. Saturni gr jx.
Diluantur c. s. q. *aqu. euphrasiæ.* D. S.
Augen Mistur.

Infusum ad oculorum Epiphoram, lippitudinem &c.
℞. *aqu. a fl. Cyani*
Plantag. aa. unc. j.
rad. tormentill. grosse pulveris. ℥ j.
Alum. gr. v.
stent in loco calido per 24. horas:
filtrentur. S
Augen-Wässerlein.

DECOCTA.

Decocta jam Infusis cognata quod attinet eodem ferè modo ac Infusa præscribuntur, nisi quod præterea decoctio vel ebullitio præcipiatur, per quam auctiori igne facilius eliciuntur partes medicamentosæ subjectorum infusorum, sicut ipsi decocto pro saporis gratia subinde etiam quædam dissolvenda adduntur. Infusa econtrà solâ digestione maturentur. Dum ergò ebullire debent, sumantur subjecta, quæ non sunt volatilia: hinc præter vegetabilia imprimis animalium partes duriores solent decoqui, in mineralibus calx viva.

Decocta autem sunt vel *externa* ad quæ pertinent *sacculi, Clysmata* &c; vel *interna*, hæc que vel *purgantia* vel *alterantia*. *Purgantia* sunt rara hodiè, non solum ob ingratas proprietates, dotes incertas, & operationes diversas; sed etiam quia hæc, quæ quidem menstruis aquosis infundi possunt, coctionem vix diu ferunt, quia sub hac vires purgantes amittunt, & mucilaginem dolorosam relinquunt, nisi vel blandum sennatum vel helleborinum decoctum unâ vice præscribendum. v. g.
℞. *fol. senn. s. st.* ʒ ij. l. iij.
rad. Polypod. ʒ iij. l. ℥ ß.
crem. ♃ ℥ ß. l. ℈ ij. ad ʒ j.
c. s. q. ▽ *a simpl. l. seri lact. depur.*
leniter ebulliant in vase clauso, ad dissolutionem tartari:
℞. Colatur. ℥ iij. l. jv. adde
▽ *Cinnam.* ʒ j l. ℥ ß. ad ℥ iij.
Syr. de pomis ℥ iij l. ℥ ß.
M. D. S.
Lorier-Trancklein auff einmahl.

Decoctum laxativum in quartana scorbutica:
℞. *rad. Polypod. querc.* ʒ iij.
Helleb. niger. non prep. ʒ ij.
fol. Senn s. st. ʒ j.
⊖ *tartari* ℈ i ad ʒ ß.
Ebulliant leniter in *seri lactis depur.*
vel ▽ *a. comm.* q. s.
Colat. ℞ unc. iij. l. jv. adde
℞ *tartari* l. ∽ *Cochlear.* ℈ j.
Syr. de Fumar. comp. ℥ iij. ad ℥ ß.
M. S
Purgier-Trancklein wieder den
Scharbock.

Serum lactis hic per solam residentiam depuretur: si enim per acidum fuerit depuratum, cum sale tartari effervesceret. Sumitur autem hic studio

serum lactis, quia in omnibus affectibus hypochondriacis, melancholicis, chronicis &c. præ reliquis convenit, vi enim nitrosâ viscidos succos abstergit.

Cui tamen Clinico adhuc placeat vestigiis veterum insistere, & pro pluribus dosibus *Apozema purgans* præscribere, quod tamen apud modernos in desuetudinem abiit, faciat hoc modo; v. g.

℞. *Hb. Fumar.* M. ij.
Scabios. M. j.
fol. senn. s. st. ℥vj. ad ℥j.
rad. Lapath. acut. ℥j.
Ennl.
Polypod. aa. ℥ß. ad ℥j.
Helleb. nigr. non præp. ℥ß.
Rhabarb. el. ʒij.
crem. tartari ʒj. ad ʒiß.
⊖ ♀ *i* ʒ ß. ad ℈ij.
Coqu. in f. q. *seri lactis* l. ▽ *c comm.*
Colatur. ℔ iß. clarificetur & aromatisetur cum *Cinnamomo*: addendo
Syr. violar. solut. ℥j.
de fumar. comp. ℥ß.
M. S.

Purgier-Tranck auffetliche mahl.

Pro dosi esse possunt ℥ij. vel iij. ad ℥jv. vel v. omni manè calidè. Vel

℞. *Decoct. aperit.* ℥iij. vel f. q.
in quib. dissolve
Elect. catholic. vel *diaphen.* ℥j. (vel *elect. de succo ros.* ℥j. vel *Confect. Hamech.* ℥ß.)
Syrup. rosat. solut. ℥vj. ad ℥j.
M. S.

Purgier-Tranck.

Interdum Electuaria colantur post dissolutionem, unde in paulò majori dosi præscribenda, cùm multum residui post se relinquant.

In Decoctis laxativis Venereis locum habet ♁.

Solent etiam fieri Decocta & Infusa vomitiva ex atriplice; sed quoniam hoc magis est usitatum, propterea transeat. Solent etiam fieri ex pulvere hellebori albi, idque' ex Veterum, sc. Hippocratis, imitatione, qui sæpius usus fuit Vomitoriis ex elleboro albo, qui adhuc etiam apud quosdam modernos solet esse in usu in cura maniæ, in qua curanda generosiora & vehementiora Vomitoria primatum tenent. Cœterùm quoniam raro usurpantur, & non ab omnibus, propterea etiam eadem missa facio.

Cùm autem frequentiores sint Decoctiones alterantes variæ, ad normam Nodulorum vino infundendorum præscribuntur.

Decoctum diureticum:
℞. *Hb. fragar.*
parietar. aa. Miß.
rad. s. aperient. ℥x.
bacc. Alkekeng.
juniper. aa. ℥vj.
sem cicer. rubr.
fraxini aa. ʒiij.
crem. ♀ *i* ʒij.
Coqu. in f. q. ▽ *bacc. alkekengi & petrosel*; In Colatura lb. iß. dissolve
Rob juniper. ℥ij.
syrup. de alth. Fernelii ℥j.
∽ ⊖ *is c. spirit. fragor. dulc.* q. f.

Decoctum temperans effervescentiam MSea seu *Decoctum refrigerans:*
℞. *Hb. acetos. rec.* M. jv.
cichor. rec.
tarax. rec. aa. M. j.
Rad. cichor. ℥iß.
Coque in f. q. *seri lactis, acidul. cum Phlegm.* ⊕ *li acidulo*: Colaturæ ad lb. j. ad lb. iß. adde
Syrup. rubi Idæi
corall. Quercet. aa. ℥iß. (vel *horum & ribium* aa. ℥vj. ad unc. j.)
M. F. *Apozema.* S.

Kühl und Alterativ-Tranck

Decoctum temperans bilem, ut vocant effervescentem, seu refrigerans:

℞. *pomor. citr. in taleol. incis.* no. iij.
tamarindor. unc. iß.
fl. bellid.
papav. errat. aa. M. j.
Coqu. c. ▽ *font.* in vase ♡ eo: Colaturæ lb. iß. adde
Syrup. acetos. citr.
rubi Idæi aa. unc. iß.
∽ ⊕ *i dulc.* q. f. pro grato sapore.
D. S.

Kühlender Alterativ-Tranck.

Aliud:
℞ *rad. cichor. recent.* unc. iij.
fl. rosar. rubr. Miß.
sant. rubr. ʒiij.
succ. citr. recent. unc. j
Coqu. in f. q. ▽ *comm.* Colatura edulcoretur pauco *saccharo*: D. S.

Kühlender Alterativ-Tranck.

Coqui etiam possunt in *sero lactis*, & si succus citri omissus fuerit, accipi potest *serum lactis cum phlegmate vitrioli acidulatum.*

Aliud simplicius:
℞. *seri lactis* lb. ij.
succ. citr. rec. express. unc. ij. ad iij.

Ebulliant parum, & cum albumine ovi clarificata colentur

D. S. ut *suprà.*

Prodest in febribus pro alteratione; sicuti simili modo cum *succo pomorum Borsdorffianorum maturorum* ad unc. jv. vel vj. tractatum convenit hypochondriacis æstuantibus, obstructis, melancholiâ affectis, &c.

Decoctum in Dysenteria.
℞. *Hb. tormentill.*
hed. ▽ *str.*
fol. plantag.
querc. aa. M. j.
rad. symphyt. maj.
torment. aa. unc. j.
fl. balaust.
rosar. aa. pug. ij.
ras. priap. cerv. unc. ß.
sem. myrtill.
sumach. aa. ʒiij.
Decoqu. in f. q. ▽ *ferrario*: Colaturæ adde
syrup. corall. Quercetani
de symphyto Fernelii, aa. unc. iij.
M. D. S.

Anhaltender Tranck gegen den Durchfall.

Observetur proportio: foliorum M. j. respondet unc. ß. radicum & unc. ij radicum priapi cervi, flor. p. v. seminum sunt drachm. vj. pro unc. ß. nempe radicum drachm. iß. Observetur præterea: quod quando variæ vel multæ Vegetabilium partes infunduntur, aut decoquuntur, singulæ in minori præscribantur dosi, ne cumulus Ingredientium coacervetur: item si præscribendæ tales partes, quod nonnulla omittantur, reliqua verò in majori præscribantur dosi. Plantæ & radices, quæ sunt mucilagi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1360-7 DFG

laginosæ,& viscidæ, ut radix althææ,symphyti majoris &similes, non commodè & benè possunt infundi aut decoqui, quoniam mucilagines decocta reddunt ingrata & nauseabunda.

Decoctis talibus sæpius gallæ pulverisatæ adduntur, quæ tamen omittendæ,si Decoctum cum ▽ ferrariorum factum sit; Mars enim per infusionem gallarum præcipitatur & nigrescit.

Alio modo:

℞. *herb. heder. terrestr.*
tormentill. l. sanguisorb.
fol. plantag. aa. M. j.
flor balaust. vel *rosar. r.* p. iij.
rad. torment. ad ℥j. vel ℥iß.
rasur. priapi cervi vel *ceti* ℥iij.

Incis. & contus. coqu. in s. q. ▽ *ferrar.* vel ▽ *comm.* Colaturæ lb. ij. vel iij. ad jv. adde

▽ *cinamom.* ℥j.
Syrup. cydon. aromat. vel *corall. Quercetani* vel *de symphyto Fernelii* ℥iij. M. S.

Anhaltender stärck-Tranck auff etliche mahl.

Decoctum contra herniam.

℞. *herb. herniar:*
perfoliat.
virgæ aur.
flor. hyperic. aa. M. j.
rad. symphyti maj. ℥ij.

Coq; in s. q. ▽ *comm.* Colaturæ ℥x. ad lb. j. adde
syrup. de symphyto Fernelii ℥iij.
M. S.

Sonderlicher Wund-Tranck.

Decoctum diaphoreticum in febribus malignis:

℞. *rasur. lign. sassafr.* ℥iß.
rad. scorzoner. ʒvj.

Infunde & Coqu. in s. q. ▽ *simpl.* vase clauso:

℞. Colaturæ lb. ß.
adde
Vini Rhenani lb. ß.
Gelatin. C. C. ℥ij.
Syrup. rubi Idæi ℥iß.
M. pro Potione. S.

Außtreibender Tranck.

Hoc omnibus reliquis Decoctis præferendum, & epidemicis catarrhalibus specialissimè convenit; Gelatina C. C. est nucleus C. C. ub: ⊖ volatile est concentratum. Potest & inservire pro Julepo, & melius esset, si volatilia in cucurbita alembico munita decoquantur, quorum exempla infrà habebimus. Decoctum catarrhale

℞. *Hb. hyssopi,*
scabios.
Veron.
summit. serpill. florescc. rec. aa. M. j.
flor. anthos. M. ß.

Incisa ebulliant in s. q. *Aqu. simpl.* addendo in medio decocti.

Rad. liquirit. ras. ℥j.
caricar. pingu. no. iij.

Colaturæ lb. j. adde
Syrup. fl. tunic.
betonicæ aa. unc. j.
M. D. S.

Fluß-Tranck.

Decoctum in Ictero flavo:

℞. *Hb. anserinæ*
chelidon. maj.
cochlear. aa. M. j.
fol. senn. s. stip. ʒvj. ad unc. j.
flor. anserin.
aquileg.
lavendul. aa. p. j. vel ij. (perinde enim est; pugilli enim non multum faciunt)
rad. armorac.
elleb. nigr. crud. aa. unc. j.
rhabarb. el. unc. ß.
chelidon. maj.
curcum. aa. ℥ij.
Lübric. terrestr. (specific. in Ictero)
passul. min. (pro sapore) à unc. j.
Sem. aquileg.
napi aa. ℥ij.
cinamom.
galang. aa. ℥j.

Coque in s. q. *Aqu. ferratæ* (quæ egregia est in ictero flavo propter Martem) vel in *alia quacunque Aqu.* Colaturæ adde

Syrup. de cichor. c. rhabarb.
pom. Regis Sabon. à unc. ij.
M. D. S.

Laxier-Tranck wieder die gelbe Sucht auff einmahl.

Decoctum vulnerarium in renum exulceratione.

℞. *fol. alchimill.*
heder. terrestr.
vincæ pervinc. aa. M. j.
summit. hyperic. M. ß.
rad. Consolidæ Saracenicæ c. toto. M. ij.
liquirit. ras. unc. iß.
M. D. S.

Heylender-Tranck auff etliche mahl.

Decoctum stimulans menses:

℞. *Hb. roris marin.* M. ij.
meliss. M. j.
sabin. M. ß.
rad. Zedoar. unc. ß.
splen. bovis castrati incis. no. j.
sem. 4. calid. min. aa. ʒj.
⊖ ♀ ʒj.

Coqu. in s. q. *Aqu. simpl.* leniter in vase clauso: Colaturæ ℔. iß. adde

syrup. de artemis. unc. ij.
canellæ unc. j.
M. F. Potio. D. S.

Eröffnender-Tranck.

Splen bovis castrati est *basis*: Potest & addi *parvus nodulus cum croco.*

Decoctum adstringens ad hæmorrhagiam uteri ex valorum laxitate:

℞. *herbæ consolid. maj.*
pyrolæ,
sanicule,
summit. hyperic. aa. M. j.
rad. bistort.
tormentill. aa. unc. ß.

Coqu. in ▽ *chalyb.* q. s. Colat. ℥xv. ad ℔ iß. adde

Aqu. cinam. unc. ß.
Syrup. de symphyt. Fernelii unc. iij.
M. D. S.

Anhaltender-Tranck.

Capiantur ad unc. iij. sæpiùs de die.

Decoctum Vulnerarium, tàm internè quàm externè usurpandum.

℞. *Hb. alchimill. s. millefolii*
plantag.
sanicul.
beton.
folior. bujulæ aa. M. j.

rad.

rad. aristoloch. rot.
albi græc. ℥vj. ad unc. j.
Astacor. fluviat. no. x. ad xx.
Bulliant in f. q. *Aqu. simpl.* part. j.
vini part. ij. vel aa. part. æqual.
Colatur. lb. iij. adde
Syrup. de Symphyt. Fernelii ℥jv. (vel *hujus & de hedera terrestri* aa. unc. iij.)
M. F. Potio.
D. S.

Heylender Mund-Tranck.

Dosis unc. ij. jv. vel v. bis de die, horis aliquot ante pastum, simulque de *balsamo sulphuris* sumantur gtt. x. ad xv.

Album Græcum est egregium Vulnerarium.

Externè Vulnera & ulcera hoc eluantur, vel etiam plagulæ in eo madefactæ imponuntur, pro quo scopo etiam syrupus omitti potest.

Notandum sæpe; clarificationē Decoctorum institui cum albumine ovi, ut & aromatisationem cum cinamomo; in Decoctis tamen ad triduum usurpandis non opus clarificatione vel aromatisatione, nisi sit saporis nauseosi; multæ enim partes medicamentosæ per albumen ovi separantur.

Interdum Infusa & Decocta simul combinantur, v. g.

Decoctum alterans & laxans, loco Julepi in febribus usurpandum.

℞. *fl. bellid.*
papav. errat.
rosar. aa. M. ß.
tamarind. recent. unc. iß.
Infunde in *Aqua comm.* vel *sero lactis*, probè depurat & tantillo ∽ ⊖ li acidul. lb. iij. vel lb. iiß. ad lb. jv.
Ebulliant leniter invicem; Decocto adhuc ferventi adde
Conserv. fl. papav. errat.
rosar. r. recent.
violar. aa. ℥vj. ad ℥j
Factâ digestione in loco tepido per aliquot horas colentur, D. S.

Eröffnender Alterativ-Tranck auff etliche mahl.

Decoctum & Infusum diureticum stimulans urinam.

℞. *rasur. lign. juniper.* ℥iij.
Macerentur per ♃ in M B. in lb. iij. ▽ *simpl.* manè coquantur ad dimidiæ vel tertiæ partis consumptionem: Colaturæ ferventi infunde
bacc. junip. recent. conquass. ℥iij.
rad. fœnicul. ℥j. ad ℥iß.
Hb. charefol. M. ij.
♈ fol. tartari ℥iij.
stent in infuso in loco calido per 24. horas; manè factâ leni ebullitione colaturæ addatur
Syrup. de 5. rad. aperient. ℥iß. ad ℥iij. l ℥jv.
∽ ⊖ *i dulc.* vel ∽ ⊖ *is dulc.* ℥j. vel ℥iß. aut q. s. pro sapore grato acidulo;
(vel hujus loco potiùs *spiritus acidi ex nucleis persicor. & dactyl. Nat.* unc. j. ad ℥ij.)
M. D. S.

Harntreibender Tranck auff etliche mahl.

Decoctum pectorale ad Tussim à frigore externo natam, item *restituens læsiones pulmonum*, &c.

℞. *rasur. lign. sassafr.* unc. j.
Macerentur in ▽ *comm.* Mens. ij. f. ℔ vj. adde
Hb. heder. terrestr.
pulmonar.
scabios. aa. M. ij.
rad. levist. unc. ß.
enul.
sem. anis.
fœnicul. aa. ℥iij.
Coqu. ad tertias addendo circa finem
ras. liquirit. unc. ß.
passul. min. conquassat. ℥vj.
Colatura D. S.

Brust-Tranck.

Infusum & Decoctum Diureticum contra Anasarcam:

℞. *rad. recent. bryon.* unc. j.
asar. unc. ß.
⊖ ♃ *i* ℥iij.
Infund. in f. q. ▽ *simpl.* stent in loco calido per ♃, mane adde
comar. absinth. M. j.
flor. bellid. M. ß.
rad. Vincetox.
bacc. junip. aa. ℥vj.
sem. anisi
fœnicul. aa. ℥ij.
Incisa & contusa coqu. invicem in dicto Infuso; Colaturæ lb. j. vel unc. xv. ad lb. iß. adde
∽ ⊖ ✱ *ci.*
℞ *nephrit.* aa. ℥ij.
Syrup. de hyssop. unc. ij.
M. S.

Tranck gegen die Schwulst.

Infusum & decoctum alterativo-lacteum antiscorbuticum:

℞. *rad. china minutim incis.* unc. iij.
Ebulliant in
seri lactis caprilli lb. iij.
Colaturæ ferventi infunde
Hb. recent. cochlear.
fumar.
nasturt. aquat.
trifol. aquat. aa. M. j.
rad. rec. armorac. unc. jv.
enulæ unc. ij.
sem. erucæ contus. ℥vj.
stent in digestione vase clauso per ♃; manè coletur,
D. S.

Scorbutischer-Tranck.

Volatilia, ubi decoquenda sunt, aut Decocta cum vino paranda, parentur in vase, suo alembico munito, ut id, quod exhalavit phlegmatis spirituosi, denuò addi possit Decocto: sicut hoc imprimis urget, quoad aromatica carminantia, *ZWELFFERUS in Animadv. ad Pharm. Aug. hinc inde*, & in specie *Pharm. Reg. pag.* 87. qui modus est elegans, & meritò observandus à nostris Pharmacopœis negligentibus. Sit v. g.

Decoctum antiscorbuticum:

℞. *herb. cochlear.*
fumar.
nasturt. aa. M. j.
persicar.
piperit. aa. M. ß.
rad. rec. filic. unc. ij.
armorac. unc. j.
crem. tartari ℥ij.
⊖ *tartari* ℥ß.
Affund. ▽ *comm.* lb. j. vel lb. ij.
Vini lb. j.

Coqu.

Coqu. in cucurbita suo alembico munita. Colaturæ addatur ▽ *simul* ℞*ata*, in quibus dissolv.

Extract ♂ c. suc. pom. ℥j ad ℥iß.
sacch. alb. vel syrup. fœn. c. q. s.
pro grato sapore
D. S.

Alterirender Scorbutischer Tranck.

Aliud:

℞. *HB. recent. cochl.*
Nasturt.
Piperit. aa. Mj.
rad. raphan. rust. rec. ℥iß.

Conquassentur in mortario lapideo cum aqua comm. vel *sero lactis caprilis*: decoquatur in cucurbita suo alembico munita, & ℞entur simul ad medias: Colaturæ clarificatæ adde simul ▽ *m destillatam*; in quibus dissolvantur

solut. ♂ cum succ. pomor. ℥vj.
sacch. albiss. parum
M. D. S.

Scharbocks Tranck.

Decoctum in affectibus chronicis capitis & pectoris catarrhalibus, cum tumoribus glandularum colli & faucium insignibus, & lymphæ motu & crasi vitiatis.

℞. *Hb. ror. mar.* Miij.
ras. lign. junip. ℥ij.
sassafr.
bacc. junip. aa. ℥iß.
cortic. lign. Guajac. aa. ℥j.

Infund. in ▽ & *vini* aa. ℔ij ad ℔iß. Macerentur per 24. horas in MB. vase suo alembico munito, & decoquantur & ℞entur ad medias. Colaturæ add.

⌒ ⊖ ✳ *c.* ℥iij.
Syrup. fl. calendul. ℥iij.
M. D. S.

zertheilender Tranck auff etliche mahl.

Decoctum in paralysi:

℞. *Hb. ror. mar. recent.* M. ij.
ras. lign. sassafr. unc. ij.
bacc. juniper.
laur. aa. unc. j.

Coqu. in ▽ & *vini* aa. lb. ij. in cucurbita cum alembico operta ad medias. *Colaturæ* adde

⌒ *bacc. junip. per ferment.* unc. iv.
⊖ ✳ *c.* unc. ß.
syrup. fl. tunic. ℥iv.
M. D. S.

Glieder-Tranck.

De quo bis vel ter manè, vesperi, & sub introitu lecti capiatur bonus haustus.

Decoctum pro stimulandis mensibus:

℞. *Hb. puleg.*
roris mar.
spic. aa. Mj.
fl. chamom.
cheiri
sclareæ aa. p. j.

Coqu. in s. q. ▽ *e ♂ial.* in cucurbita suo alembico munita: Colaturæ ℥viij. adde

aquam priùs destillatam.
Ess. croci ʒj.
Syrup. meliss. unc. jv.
M. S.

Treibender Tranck.

Pertinet ad decocta & infusa liquoris respectu etiam Mulsa medicata, Hydromelita nempe & oxymelita, à menstruo ita dicta, quando cum ▽ vel aceto, vel melle miscetur & decoquitur. Tale *hydromel* in genere duplex est: vel *simplex*, vel *medicatum*: utrumque iterum vel *vinosum*, vel *non vinosum*.

Quod attinet *Hydromel simplex non vinosum*; illud est, quando solum mel transcolandum incoquitur ▽ æ, & probè despumatur, ita, ut mellis parti respondeant ▽ æ part. vj. vij ad x: si verò huic hydromeliti incoquantur certæ species vegetabiles, vocatur *Hydromel medicatum non vinosum*. Quod si verò cum ▽ mistum fermentationi committitur, fit potus vinosus admodum gratus & inebrians, non secùs ac vinum robustissimum, & vocatur *Mulsum*. Potus hic utitatus est Lituanis, Livonis, & etiam Moscovitis, quibus deest vinum; contrà mel in sylvis & arboribus copiosum reperitur. Huic si infunduntur Simplicia medicamentosa, fiunt *Mulsa medicata* ad instar vinorum medicatorum. Usurpantur in affectibus chronicis, ubi opus est, ut cruditates pituitosæ ex vitio primæ digestionis attenuentur & digerantur, ut possint excerni per loca ordinaria. Conveniunt porrò in affectibus senum pituitosis, vel affectibus pectoris pituitosioribus, tussi, asthmate ac raucedine faucium; uti etiam in ventriculo, ut vocant, frigido, à mucilagine crassa tenaci ac viscida infarcto & impleto, valdè est elegans remedium; quod etiam facit oxymel, quoniã mel succos crassos & viscidos & tenaces incidit, attenuat & resolvit. In morbis frigidis senum, quales sunt tremores & paralysis artuum, item in arthriticis affectibus senum, commodè prodest hydromel pro menstruo, in genere in iis, ubi est coctio læsa, & vinum non commodè potest præscribi; juvenibus econtrà calidioribus, bilosis, morbis acutis obnoxiis; item iis, quibus nocent dulcia, uti sunt scorbutici, mulieres hystericæ &c. mel minus convenit.

Exempli loco sit

Hydromel medicatum resolvens & incidens pectorale pro sene asthmate humido laborante.

℞. *Hb. hyssop.*
Marrub. aa. M. j. vel. M. ij.
rad. enul. unc. iß. l. ℥ij.
sem. fœnic. ℥iß. l. unc. ß.
anis. ℥iß. l. ʒij.
fol. ♀ ℥ij. vel ℥iij.
coque in
▽ *simpl.* p. vj. s. lb. iij. &
Mellis despum. part. j. s. lb. ß.

Decoquantur in vase clauso ad consumptionẽ tertiæ vel quartæ partis, in fine despumentur addendo:

Cinnam. ʒj. ad iij.
Croci gr. x v. ʒß. ad ʒj.
Colatura D. S.

Ablösender Brust-Tranck/oder Meth.

Addi potest pro lubitu *Syrupus de nicotiana*; pro senibus autem mel loco sacchari elegantissimè convenit.

Hydromel Paralyticum.

℞. *Aqua Commun.* lb. vj.
mell. opt. lb. ß.

Despumentur sedulò, coquendo leniter ad quartæ partis consuptionem. Colaturæ adde

Hb. hyssopi,
puleg.
salv. aa. M. j.
fl. anthos. M. ß.

stent in Infuso per 12. horas; mane ebulliant leniter, addendo

cinnamomi ℥iij
cardam. ℥j.
cubebar. ℥ß.
Colatura D. S.

Glieder-Tranck.

Oxymel est, si melli acetum addatur, quod non fit, nisi validiùs incidendum & attenuandum sit.

Oxymel diureticum laxativum.

℞. *Hb. hederæ terrestr.*
parietar. ver. aa. M. j.
rad. vincetox. unc. j.
helleb. nigr. crud.
gran. alkekeng. aa. ℥ß. ad ℥vj.
bacc. junip. recent. ℥vj. ad ℥j.
Concis. & contus. infundantur in
Aqu. commun. ℔ ij.
mell. depurat. ℔ j.
✠ *ti vini* lb. ß.
stent in infuso in vitro clauso per ♃, manè ebulliant leniter: Colatura clarificata aromatisata. D. S.

Harntreibender Laxier-Meth.

Parietaria vera est, quæ in muris antiquis ⊕ osis crescit, non in locis pinguibus.

Aliud:

℞. *flor. genist.* M. j.
rad. 5. aperient. aa. ℥ij.
bacc. junip. recent. ℥j.
sem. cicer. rubr. ℥vj.
Incis. & contus. coqu. in s. q. *Aqua part.* iij.
Mell. part. ij.
aceti part. j.
Colaturæ ℞. lb. iß. D. S.

Eröffnender Meth.

Oxymel diureticum:

℞. *rasur. lign. fraxin.* ℥iv.
cortic. tamarisc. ℥ij.
radic. fœnic. ℥ij.
petrosel.
ruscі aa. ℥j.
Infundantur in
Aqu. comm. lb. jv.
Mell. depur. ℥xv.
✠ *ti vini*, ℥viij.
stent in infuso per ♃; manè coqu. ad ℥iæ partis consumptionem: Colatura D. S.

Harntreibender Meth.

Oxymel pectorale:

℞. *Hb. hyssop.*
scabios.
veronic. aa. M. iß.
rad. angelic. ℥j.
sem. anis. ℥ß.
Incisa & contusa coquantur in
Aqu. simpl. lb. iij.
Mell. despum. lb. ß.
✠ *i vini* ℥iij.
Colatura D. S.

Linderender Brust-Meth.

Pertinet huc oxymel de Peto Quercetani, quod incidendo & resolvendo pectorale est, & simul vim purgandi appropriatam in hydrope obtinet: item oxymel absinthites, euporiston *PROEVOTII* in morbis chronicis; vid. *FEHR. de absinthio pag.* 40. item oxymel ad asthma *Poterii.*

Hujusmodi autem Mulsa rariùs præscribuntur, & tantum senibus; junioribus enim causantur febres: hypochondriacis autem & scorbuticis ob fermentationem non conferunt, pituitosis tamen non nocent.

Hydromelita vinosa simplicia, aliàs κατ' ἐξοχὴν vocantur *Mulsa*, & pariter è melle cum aqua per fermentationem parantur.

Modus hic est: subigunt mel cum ▽ q. v. Misturæ impendunt Nodulum cum fermento, sic conceptâ fermentatione promptè depurantur, & in potum vinosum abeunt: in fine fermentationis addunt *cinamomum*, *caryophyllos*, &c. sic fit potus suavissimus & gratissimus.

Propriè autem *Medicata Mulsa* seu *Hydromelita vinosa medicamentosa* fiunt, dum *melli fermentanti pro mulso infundantur simplicia*, pro modo vini & cerevisiæ medicatæ.

Pertinent ad Decoctum etiam

HORDEATA, *item* PTISANÆ.

Quæ tamen aliæ apud veteres, aliæ apud modernos; ibi parum alimentū, partim Potus; hîc ut plurimùm Potus pro Julepis, vel corpus Juleporum.

Hordeum inter cerealia semina reliqua continet in se mucilaginem nutritivam temperatam; unde Veteres respectu hujus usurparunt hordeum pro scopo nutritivo & temperativo.

Hordeatum autem & *Ptisana Veterum* nihil aliud est, quàm hordeum pinsendo à cortice extimo separatum & deglubitum, ut medulla sine cortice supersit; hanc Ptisanam postmodum cum Aqua subegerunt, decoxerunt in consistentiam pultis, & vocarunt *cremorem Ptisanæ*; unde dicunt, quod alimenta in ventriculo coquantur, & mutentur in cremorem Ptisanæ similem. Loco hujus apud nos *juscula avenacea* usurpātur, quæ aliquantisper *accedunt ad Veterum Ptisanam*. Si superficialiter saltem decoxerunt hordeum Veteres, vocarunt *Aquam hordei*, quam Galenus ignoravit, ut ipse fatetur: Modernorum vero Hordeatum seu Ptisana est alius naturæ; est enim Decoctum hordei in Aqua, donec intumescat & incipiat crepere. Modus hic est:

℞. *hordei* ℔j.
coqu. in
▽ simpl. lb. x. ad xij.

Hæc, colata vocatur *decoctum* s. *aqua hordei.*

Galli in fine addunt *semen anisi, coriandri*: & *succum citri*; sic namque in nimio ardore frequentissimè utuntur. Si hordeum hoc tundatur, & in consistentiam Emulsionis redigatur, vocatur à Modernis *Hordeatum*, & est quasi *succedaneum Veterum cremoris ptisanæ.* Aqua talis hordei prostat nunc simplex, nunc composita cum C. C. radice scorzoneræ, chinæ &c. Præscribitur in febribus ardentibus & malignis pro Julepo, vel per se vel ut subministret corpus.

Modus præscribendi vulgò talis est:

℞. *Decoct. hord. simpl.* lb. j.
Rad. bellid. ℥ij
syrup. rubi Idæi.
M. F. *Julepus:*

Non rarò infunduntur Alterantia aut purgantia Vegetabilia suo scopo destinata, imprimis ubi opus est, ut temperetur effervescentia à nimia acrimonia humorum inducta. Hocce enim, quoniam est maximè temperatum, & quasi oleaginosum & mucilaginosum, propterea temperat acrimoniam nimiam salium, & ex eorum acrimonia ortam effervescentiam compescit. Ubi ergò opus est temperatione tali, præscribitur usitatè: item Decoctum hordei habet vim leniter detersivam & abstersivam; unde ubi opus est detersione primarum viarum, item pectoris in empyemate, pleuritide & peripneumonia similibusque, convenienter pro liquore accipitur Decoctum hordei. Interdum,

Sed

sedrariùs, ex hordeo ad crepaturam cocto Emulsio paratur, cujus paradigma exhibet *SYLVIUS l. 1 Prax. cap. 14. pag. 157.*

Ast in genere Hordeata hæc non adeò frequenti hodiè apud cultiores Practicos sunt in usu?

1. quia cruda sunt.
2. in primis viis & hypochondriis fermentescendo flatuosa, &
3. stomacho inimica.

Reverà enim *decoctum hordei* nihil aliud est, quàm cerevisia cruda, in febribus ardentibus insaluberrima. Nec juvar semen coriandri, anisi, &c. quæ alii addunt; hordeum enim crudum manet, & flatuosum, dejicitur stomachus, & vis digestiva invertitur. Si tamen pro Julepis in servire debet, loco hujus ▽ simplex, quæ non tam hostilis est stomacho, vel decoctum ligni sassafras, vel decoctum radicis chinæ vel C C. vel cum rad. scorzoneræ capiatur: vel sit

Decoctum hordei compositum, quod hâc forma per se usurpari potest: v. g. in febribus malignis.

℞. *Hord. mundat.* Mj.
ras. C C. unc. j ad unc. iß.
rad. scorzon. unc. iß ad unc. ij.
cort. aurant. ℥iß.

Coqu. in l. q. *aqu. comm.* lento igne ad tertias, vel ad crepaturam hordei: Colatura edulcoretur *saccharo*, vel *syrupo quodam.* D. S.

Kühl- und auftreibender Tranck.

Item *Decoctum hordei cum passulis temperatum*

℞. *Hord. mund.* Mj.
passul. min. unc. j ad unc. ij.
Crem. ♃ ℥ij.

C. *aqua simpl.* l. q. coqu. invicem ad crepaturam hordei: Colatura S.

Laxierender Alterativ Tranck.

Verùm talia Modernis rarò in usu sunt, vixque adhuc præscribuntur; quia per chymiam meliora prostant: ubi tamen usus libuerit, saltem respectus habeatur, ne nauseam inferant.

Pertinent huc ulterius *decocta lignorũ*, quæ frequentissimè adhuc sub hodierna Praxi usurpantur, in cura luis Venereæ imprimis, hinc & quibusdam aliis affectibus, usitata pro scopo sudorifero, unà cum Bocheto seu decocto secundario; quæ cum ex subjectis fixioribus ferè usurpanda, diutius sque continuanda veniant, omninò & fortiùs decoquenda, & majori quanto ordinanda. Usus horum vulgò vocatur *diæta sudorifera*, idque ad differentiam lacteæ, sub cura scorbuti interdum necessariæ; quoniam decocta hæc aliquot septimanas solent continuari, quo tempore imperatur ægris, ut strictissimâ & accuratissima utantur diæta, si velint esse liberati à suis morbis chronicis & contumacioribus. Primatum tenent in *lue Venerea*, quæ est vel *recens*, vel *inveterata*: si *recens*, per hæc decocta debellari potest; sin autem *inveterata*, necessum est, ut per salivationem Mercurialem instituatur eradicatio. Utroque modo evacuatur materia crassa & viscida acida, in qua ipsa, ceu causa, fundatur malignitas luis Venereæ. Evacuatio hæc, præmissis universalibus, imprimis per inferiora evacuationibus, fit per duas vices: vel enim per sudorẽ exhauritur venenum viscidum & acidum luis Venereæ, vel sub forma salivæ copiosissimæ idem profunditur per os.

Modus per salivationem curandi morbum Gallicum fit per ☿ium, & à Mercurio, & solus ☿ est, qui adhibetur pro cienda salivatione pro cura luis Venereæ. Usitatius est hic modus in Galliis, in aliis regionibus vix, & ne vix quidem potest usurpari, imprimis in nostris regionibus septentrionalibus est periculosus, propterea, quoniam in talibus regionibus patientes subitò solent affligi scorbuto, cujus scorbuti cùm infensissimus hostis sit Mercurius, metus est; ne si instituatur cura luis Venereæ per salivationem Mercurialem, exinde scorbutus fiat efferatior & pejor. Præterea cum in scorbuto non rarò affligi soleant dentes & gingivæ, adeò, ut gingivæ sint ulcerosæ, ac dentes cariosi, & facilè excidant, in salivatione Mercuriali gingivæ admodum soleant intumescere, imò totum os & totum caput intumescant, & dentes omnes vacillent, facile patet, quod in scorbuticis si talis instituatur curatio salivalis, sit periculosissima, & per se difficillima curatio, & soleat inducere ulcera gingivarum. Cum ergò in Gallis rarus sit scorbutus, & in tota regione rarò vel nunquam reperiatur, propterea optimè possunt uti tali medicamento & tali methodo.

Tribus autem modis instituitur talis salivatio:

1. Per Mercurium intrinsecus assumptum; v. g. Mercurius dulcis si ad aliquot dosis usurpetur, prima die ℈j, altera ʒß, & tertia ʒj, quarta vel quinta die subsequetur salivatio.
2. *Modus secundus* est per suffitum Mercurialem institutum per cinnabarim: hæc enim cùm constet ex Mercurio vivo, si fiat suffitus, ægro in machina appropriata clauso, per candelas vel medicamenta alia facta ex cinnabari, sic ut pars Mercurii per △em volatilisata subintret ægri corpus, omnesque ejus penetret partes, ut post suffitum talem æger incipiat salivare.
3. *Modus tertius* est per inunctionẽ ex Mercurio, qui cũ oleo laurino, vel pinguedine porcina, vel alio appropriato corpore, redigitur in unguentum, quod illinitur plantis pedum aliquoties, vel juncturis pedum & manuum, vel denique illinitur spina dorsi.

Unô ex his tribus modis si fiat applicatio Mercurii in loco calido, solent intumescere os, & gingivæ, & subsequi salivatio.

Hic autem modus curandi luem Veneream, cùm apud Italos, Germanos & alios non sit usitatus, propterea solent uti sudoriferis, ita tamen, ut in una regione curatio sit facilior, in altera difficilior. Itali longè faciliùs curantur, quàm Germani; quoniam eorum corpus est rarum, & non adeò plenum succi, uti corpora Germanorum: corporis enim nostri habitus est crassior, durior & compactior, & succi sunt magis viscidi & crassi, ut ita Germani longiorem & perfectiorem requirant curationem, quàm Itali. Fit scilicet talis cura per diætam seu per decoctum sudoriferum, paratum ex lignis & radicibus, præmissis universalibus digestivis, & aliquoties per alvum purgantibus, item aliquoties balneo aquæ dulcis tepido per octiduum, singulis diebus bis reiterato, ut apperiantur pori, fundantur crassi succi, attenuentur coagulati, & fiant fluxiles inspissati, ut eò promptiùs postmodum per decocta sudorifera possint expelli & evacuari. Præmissis hisce satis, instituitur curatio per diætam sudoriferam, dum ægri sc. singulis matutinis horis, vel singulis diebus bis, manè & vesperi ante pastum, accipiant unc. vj vel unc. viij pro varietate circumstantiarum talis decocti sudoriferi ex lignis, & post haustum istius doseos copiosus elicitur sudor;

qui sudor nunc longiùs, nunc breviùs continuandus, pro varietate & ratione ægri: interdum sufficiunt 7. interdum 14. dies interdum 3. vel 4. septimanas talis evacuatio instituitur per sudorem. Interea temporis utitur æger alimentis assatis magis, quàm elixatis, datur pro potu Decoctum secundarium, elicitum ex lignis, quod vocatur *Bocchetum*, ex remanentia post decoctionem primam, & dum fit curatio per sudorem, interpositis diebus tribus vel 4. instituatur lenis evacuatio, & quando talis fit evacuatio, per diem solet æger cessare ab usu Decocti sudoriferi.

Inter Evacuatoria appropriata sunt Mercurius & antimonium. Certum enim est, quod non detur appropriatius remedium pro cura morbi Gallici, quàm Mercurius. Potest ergò pro purgante interjecto talis fieri formula:

℞. *Extract. cathol.*
Merc. dulc. aa. *Scrup.* j.
Gumm. guttæ gr. vj.
C. *essentia lignorum* F. *Pilulæ.*

Vel

℞. *Merc. dulc.* Scrup. j.
scamm. præp. gr. vj.
Conserv. rosar. Scrup. i. ad drachm. j
M. F. *Bolus.*

Et cum tales ægri difficilis sint præparationis, interdum augenda dosis, ut recipiatur Mercurii dulcis Scrup. j, & scammonii præparati Scrup. ß, cum conserva appropriata in bolum redacta. Permisceri etiam potest cum Mercurio dulci Merc. vitæ ad imitationem Hartmanni, & bene teri; sic enim sequitur fortis purgatio per inferiora.

Veteribus ex uno vel pluribus 4. famosiorum hydroticorum parabantur, quæ sunt lignum Quajacum seu sanctum, & ejus cortex, lignum sassafras cum cortice, radices chinæ & sarsæ parillæ, quibus in cura luis Venereæ isti principaliter usi fuerunt.

Præscribendi rationes, tàm Veterum quàm Modernorum, præter *MORELLUM de Formulis Remediorum* hîc & prolixum & accuratum, apud Luis venereæ scriptores videbitis. Duæ autem operationes in his observandæ:

1. Infusio seu Maceratio; & hinc
2. ipsa decoctio.

Et quoniam duriora & compactiora concreta sunt Ligna & tales radices, quæ non facilè possunt penetrari ab ▽, neque facilè exhauriri decoquendo earum virtutes, necesse est, ut macerentur in loco calido per 24. horas seu per ♃ & ☌, ut quasi mollefactæ promtiùs decoquendo subministrent suas virtutes isti menstruo. Imò singulis illorum unciis ℔j ad lb. iß ▽æ assignatur, decoquendo vel ad medias vel ad tertias. Recipiuntur nunc ligna sola, nunc alia etiam alterantia simul adduntur, & ferè, ubi aliquandiu decoctio facta fuerit, immiscentur; interdum etiam adduntur Laxantia, sed malè.

Decoctum tale *lignorum* est *duplex*; *primarium*, & *secundarium*.

Primarium est, quando decoquuntur firmiter ad sufficientiam, quod pro eliciendo sudore ordinatur: *secundarium*, quando remanentia ex tali decoctione ulteriùs decoquenda præcipitur pro usu potus ordinarii, addendo simul ℥j vel ℥ij de quodam simplici sudorifero, unà cum passulis & radice glyzyrrhizæ, & hinc colatur per manicam Hippocratis. Aliàs decoctum ejusmodi secundarium vocatur *Bocchetum*: e. g. sic

Decoctum Lignorum sudoriferum crudum usitatum in lue venerea, quod etiam habet *HORSTIUS in Observationibus*.

℞. *lign. Quajac.* ℥vj
cortic. ejusd. ℥iß.
rad. sarsæ parill. ℥ii
chinæ ℥j
aqu. commun. Mensur vj (assumendo pro lb. j lb. iij medicinales)

Infundantur minutim concisa & rasa, macerentur in loco tepido per 24. horas, hinc decoquantur ad medietatem pro Decocto sudorifero. Colaturæ D. S.

Schwitz-Tranck auff etliche mahl.

Cortex ligni Quajaci longè potentior & efficacior est ipso ligno, magis resinosus, & consequenter magis sudoriferus, cujus unc. ß. plus facit, quàm ligni unc. ij. Ergo tertia pars respectu ligni sumatur.

Dosi unc. iv. vj. vij. & IIx. expectando in lecto vel hypocausto sudorem, bis de die sumatur, manè jejuno stomacho, & horâ quartâ à meridie.

Possumus etiam singulis haustibus instillare essentiam lignorum ad aliquot guttas aut ℥j, vel spiritum lignorum ad s. q. item Ram ℥ii, vel essentiam viperarum, & alia medicamenta sudorifera in tali casu experta. Horstius solet admiscere aliquot grana sulphuris solaris ℥ii diaphoretici singulis haustibus hujus decocti.

Hinc

℞. *Remanentiam decocti hujus superior.*
adde
lign. sassafr. ℥vj ad ℥j.
passul. min. ℥iß.
rad. liquirit. ℥vj.

Infund. in *aqu. fontan.* Mens. iv vel vj ad IIx. Decoqu. ad consumptionem tertiæ partis; colentur per manicam Hippocratis, & sic fit *Bocchetum* pro potu ordinario, adde saccharum pro lubitu. D. S.

Ordinari Tranck.

sub trajectione per manicam Hippocratis addere possumus pro lubitu aromata: v. g.

sem. anisi ℥iij.
cinam. ℥vj.

Cura hæc per reiteratum haustum decocti sudoriferi, & per interjectam per Mercurialia evacuationem continuãda tamdiu est, donec æger antiquam suam sanitatem feliciter obtinuerit. Hic modus præscribendi decocta sudorifera pro diæta est omnium simplicissimus.

Quæritur; *quid aqua eliciat ex his lignis 4. cùm sint ligna fixiora?* interim ratio sumenda est ex fuligine; ista enim substantia, quæ sub destillatione lignorum sub forma ∽ acidi prodit, sub decoctione elicitur ab aqua: nempe substantia salina acida pinguis volatilis, ratione hujus fuligo, oleum & ∽ lignorum, sunt potentissima sudorifera.

Quæritur porro: *quænam ex his in sudoriferis præferenda? an oleum, decoctum, essentia, spiritus lignorum, vel quid?* in decocto certè multum remanet in lignis: Essentia per spiritus inflammabiles vegetabiles paratur, qui substantiam oleosam extrahunt, ⊖inam verò intactã relinquunt spiritus acidus est sudoriferus quidem, sed caret oleo volatili, quod supernatat, & spiritui non potest jungi: Oleum est potentissimum sudoriferum, sed deficit spiritus acidus volatilis. Ex omnibus tamen hisce optimũ est reverà oleum ritè rectificatũ, cujus guttæ quædam plus præstant, quàm unciæ aliquot deco-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1366-2 DFG

decoctorum; sic enim potentissimum cum minori ægri labore sudorem movent. Aliàs post oleum, spiritui pariter ac essentiæ præferendum, duco decoctum, quod Moderni exaltant in lue Venerea non ita inveterata, dum ☿ crudum & Mercur. in petia ligata simul decoquunt; ita enim longè efficaciora sunt talia decocta, pro defenda contagiosa lue Venerea. Sumendus pro hoc scopo Mercurius probè purificatus beneficio ♃is ♀i, cum hoc sc. probè subigatur, & insimul per retortam propellantur, sic transit Mercurius in receptaculum aqua semi plenum. Non metuamus autem ☿ii virulentiam, quod, nisi per ignem aut ☉ia tractetur, per se nullam sensibilem alterationem infert, nisi quod unâ alteraque vice in quibusdam subjectis laxet. Alii cinnabarim artificialem felici cum successu addunt; conf. *BORELLUS* (2. *Observat. 96.* Hinc

Decoctum sudoriferum primarium ZWELFFERO communiter *ad scriptum.*

℞. *ras. ligni sancti* ℥vj.
cortic. ejusdem,
rad. sarsaparilla aa. ℥ij. vel iij.
lign sassafr. ℥j. ad ℥iß.
☿ *crud. grosso modo anteà in petia ligati.*
Mercurii vivi per depurati & in petia ligati aa. lb. j.

incis. & contus. macerentur per ♂♃ in *Aqua commun.* Mens. xii.

Hinc coqu. in olla vel vase vitreo ad medias vel ad tertias: Priùs vero etiam inde ollæ

lap. pumic. lb. j.

Coletur postmodum. Colatura

D. S.

Schweiß-Tranck.

Dosis unc. jv. ad vj. pro potu sudorifero ad dies 14. & ultrà, capiatur manè & unâ alterâve horâ proliciatur sudor.

Decoctum secundarium.

℞. *Remanentiam Decocti prioris totam,*
(vel, ubi aliud aliquid addendum, mediam)
Maceretur per horas 12. in *Aqua comm. Mens.* xviij.

coqu. ad consumptionem ℥iæ partis: adde

passul. Mai. enucleat. contus.
min. contus. aa. ℥j. ad ℥iß.
rad. liquirit.
polypod. aa. ℥vj.
sem. coriandr. ℥iß ad unc. ij

Colentur per manicam Hippocratis, aut aromatizentur cum *cinnamomo.*

Detur pro potu ordinario. S.

Ordinari Tranck.

Delicatioribus hoc Bocchetum potest præparari etiam cum radice chinæ, quæ saporis est suavioris & elegantioris.

Hic est modus præscribendi decocta sudorifera Modernorum cum ℥io & Mercurio. Modus utendi est idem cum modo Veterum saltem, ut dixi, Moderni solent instillare Essentias appropriatas, Tincturas vel Extracta & similia singulis haustibus pro promovenda haustuum virtute sudorifera. Cæterum autem inconsultum est in cucurbita vitrea, cum alembico suo munita, coquere talia, & immunuere Aquæ quantitatem, ut scil. reaffundi possit Aqua ♏ata.

Ligna hæc Decoctis tribuunt saporem amaricantem aromaticum: conveniunt ergò in acido luis Venereæ corrigendo, temperanda lymphæ acrimonia acida in affectibus catarrhalibus, &c.

Sed nō semper opus est illis exoticis, & ob id subinde suspectis, prostant apud nos similia succedanea, si non meliora; v. g. lignum juniperi, buxi simul anodynum, coryli, radix tormentillæ, bardanæ majoris, &c. Ut taceam de sarmentis lupuli & periclymeni, &c. quæ optimè substituere possumus, & nullatenō cedunt lignis istis ab ultimis Garamantis adductis: v. g.

℞. *rad. bardan. in taleolas incis.*
ras. ligni junip. aa. ℥iij.
coryli ℥j.
buxi unc. j.

Incisa & dissecta infund. in

Aqua commun. Mens. jv.

Coquantur in cucurbita vitrea suo alembico munitâ, ad consumptionem medietatis

Decocto adde Liquorem destillatum.

D. S.

Schweiß-Tranck.

Dosis unc. iij. jv. vj.

Remanentia simili ratione decoqui potest in Aqua cum passulis & radice glyzirrhizæ pro Bocchetto; vid. *Colle in Cosmitore Mediceo, pag. 267.*

Lignum certe juniperinum vim balsamicam obtinet ob perpetuam viriditatē. Lignum buxi autem est dolorum sedativum. *JOHANNES de COLLE*, qui *Consilia & Casus Medicinales* scripsit haud inelegantes, insigniter commendat usum Decocti ligni juniperini contra Luem Veneream, nempe

℞. *lign. juniper.* unc. vj.
sarment. lupul.
periclymen. aa. unc. ij.
sem. coriandr.
hordei,
pepon. aa. unc. j.
Aquæ simpl. lb. iix.

Decoquantur ad medias.

Sumantur omni mane unc. jv.

Remanentia cum *passular.* unc. ij. & *prun. Damascen.* no. xxii. in s. q. *Aquæ* rursus decoquantur, pro potu ordinario in morbis chronicis, aliisque usibus.

Interdum talibus Decoctis solent permisceri Purgantia. Cùm autem non possint perferre longam coctionem, propterea in fine adduntur purgantia, ne eorum vis evaporet in diuturniore coctione: & quidem in talibus diætis pro purgatione supputandæ doses, pro quibus describuntur talia Decocta, ut sibi invicem respondeant, sicut fieri dixi in aliis Decoctis catarrhicis. E. g. sit præscribendum

Decoctum lignorum sudoriferum, simulque laxans contrà luem Veneream.

℞. *cortic. ligni sancti* unc. jv.
rad. sarsap. unc. jv.
liquirit. unc. j.
radic. chinæ,
vincetox. aa. unc. ij.
cortic. abiet. unc. j.
bacc. junip. unc. ß.

Incisa & contusa infund. in

Aqua simpl. lb. xij.

Stent in loco tepido per 24. horas, hinc decoquantur ad tertias; Colaturæ infund. per ♃♂,

fol. senn. s. ß. unc. ij. ß.
pulp. colocynth. ℥j.

factâ hinc leni ebullitione coletur,

S. ut *suprà.*

Verum præter luis Venereæ curam quibusdam in locis hodierno more receptum est, ut qui corpo-

ra habent impuriora, ut vocant, & variis inde pathematis obnoxia, aut, qui catarrhalibus & arthriticis aliisque chronicis ac lentis plus minus complicatis affectibus conflictantur, viribus tamen utcunque constantibus, item quod luxuriosa, inordinataque cum effreni potandi libidine utuntur diæta, & succulentioris hinc fiunt habitus, diæta hujusmodi sudorifera quotannis verno (vocatur Eine Frühlings Schweiß Cur) interdum & autũnali utantur tempore pro digerendis congestis cruditatibus & excernendis heterogeneis impuritatibus, firmando tono viscerum, & mundificando ac roborando universo corporis habitu. Imò ex methodo Galenicorum in quam plurimis aliis affectibus solent præscribi talia Decocta sudorifera alterantia, in quem finem, præmissâ primarum viarum abstersione, omni manè Decocto primario utuntur, expectando in conopeo largum sudorem, quem in lecto calefacto decumbentes sensim exsiccare permittunt. Decocto secundario loco potus consueti utuntur vesperi antè pastum, aut saltem sub introitu lecti, repetentes Decoctum primarium, citrà sudoris tamen profluvium. Alimenta sint moderata, aerem externum vitent. Continuatur hoc per aliquot septimanas, & vegeti indè & alacres ferè redduntur. Præscribendi modus hæc Decocta coincidit cum priqribus, e. g.

Decoctum primarium:

℞. *Rasur. lign. sanct.* unc. j.
sassafr. ℥vj.
rad. chinæ ponderos.
scorzoneræ aa. unc. j.
eryng. unc. ß.
sarsapar. ℥iij.
sem. fœnic. ℥ij.

Præparata l. a. Coqu. in lb. xii. *Aqua comm.* ad medias: Colatura. D. S.

Schwitz-Tranck.

℞. *rad. chinæ ponderosæ*
scorzoneræ, aa. unc. iß.
pass. min. unc. iij.
cinnam. ℥iij.
sem. fœnic. unc. ß.
residuum decocti superioris.

Coqu. in lb. xxv. Aq. simpl. ad remanentiam lb. xvj. Colatura D. S.

Tisch-Tranck.

Sed præter hunc usum specialiter diaphoreticum, his lignis & radicibus, potissimum radici chinæ pro scopo alterandi in affectibus chronicis ex visceris cujusdam interioris læsione, præsertim exulceratoria dispositione natis, v. g. in phthisi pulmonali, ex sanguine aut lympha acrioribus nata, quàm aliàs defluxionibus à capite catarrhalibus tribuunt; item exulceratione renum, abscessu mesenterii, aliorumvè viscerum mundificandis & consolidandis, & similibus non nimis confirmatis malis; item febribus quartanis diuturnis, in quarum, aliarumque intermittentium chronicarum fine *ZACUTUS LUSITANUS* ad hæc Decocta confugit: simul etiam addi solent alia, vel vulneraria vel abstergentia, aut alia morbo appropriata, more & methodo hactenus insinuata, & quotidiè bis vel ter bonus haustus ut capiatur, ordinatur. Et quidem imprimis solent decoqui sub finem decoctionis lignorum, quandò ferè absoluta est coctio, tunc injiciuntur simplicia alterantia, ne diuturnâ coctione eorundem vis pereat; v. g. sit præscribendum

Decoctum alterans ex siccans, & putredinem inhibens.

℞. *rasur. ligni sancti* unc. iij.
rad. sarsaparill. ℥ij.
scorzonera. ℥iß.
consolid. Maj.
minoris
fragar.
liquirit. aa. ℥vj.
Hb. veronicæ Mij.
passul. min. ℥iv.
sem. coriandr. ℥ij.

Præparata l. a. coqu. in s. q. ▽ *simpl.* v. g. Mens. v. aut ℔ xv. ad medias, Colatura D. S.

Alterativ-Tranck.

Dosis ℥jv vel V.

Aliud magis temperatum & *consolidativum*, &c.

℞. *rad. chinæ, gumm. ponderos. non*
cariosæ ℥iij.
scorzoneræ. ℥ij.
sarsæ parill. ℥iß.
caryophyllat. ℥j.

Macerata per ♂ & ☿ in s. q. *aqua simpl.* ebulliant; manè adde

Hb. alchimill.
heder. terr.
scabios.
flor. rosar. rubr. aa. Mj.
violar. Mß.
passul. min. ℥ij.
sem fœnicul. ℥j.

Decoctum trajiciatur per manicam Hippocratis. Colatura D. S.

Stärck- und heilender Tranck.

Decoctum in Phthisi pectoralis ab incipiente exulceratione pulmonum:

℞. *rasur. lign. Quajac.* unc. iij.
cortic. ejusdem unc. j.

Infund. per 24. horas in ▽ *simpl.* macerentur in MB. per ☿ ♂, manè coque fortiter in vase cum suo alembico munito: Colaturæ adde ▽ *am simul & atam*, & infunde

Hb. veronic. Mß vel ij.
pyrolæ.
quinquefol.
sanicul. aa. Mj.
passul. min. contus. ℥iß.

stent in loco tepido vase clauso, & in fine leniter ebulliant, Colatura D. S.

Heilender Brust-Tranck.

Loco ligni Quajaci *lignum sassafras* vel *lignum santali rubri* sumatur. Aliud.

℞. *rad. chin. in taeolas incis.* ℥ij.
flor. beton.
papav. errat.
scabios. aa. Mß.
passul. Maj. enucl.
min. aa. ℥j.

Coqu. in s. q. ▽ *simpl.* Colatura edulcoretur *syrupo flor. papav. errat.* & trajiciatur aliquoties per manicam Hippocratis pro Clareto, D. S.

Sonderlicher Brust-Tranck.

Præterea similia cum & ex lignis parata decocta pro scopo alterativo, variè usurpari solent; v. g. pro catarrhis fieri potest simile decoctum ex ligno sassafras, quod est appropriatum alexipharmacum catarrhorum hoc modo:

Decoctum ad catarrhos.

℞. *rasur. lign. sassafras* ℥ij.

Infundi. in s. q. ▽ *betonica* & *flor. papav. errat.* stent in infuso per 24. horas in vitro clauso in loco calido: posteà coquátur, sub finem decoctionis addendo

Hb.

Hb. serpill. M. ij.
fl. papav. err. p. iij.
beton. p. ij.
Coqu. & Colétur. Colaturæ add.
Syrup. de hyssopo q. s.
D. S.

Sonderlicher Brust-Tranck.

Alio modo:
℞. *decoct. ligni sassafr.* lb. iß.
Huic ferventi immitte
Com. rorismar. M. iß.
flor. papav. errat. M. j.
stent in MB. per aliquot horas: in fine leniter in vase clauso ebulliat. Colatura. D. S.

Fluß-Tranck.

Odoris elegantis, sed saporis amariusculi est, & vel cum, vel sine sudore hauritur. Acui potest cum *rad. caryophyllat.* ℥j.

Decoctum Nephritico-Diureticum:
℞. *lign. Nephrit.* (hujus loco optime substitui posse credo *lign. fraxini*) ℥iij.
juniperin. ℥j. ad ℥iß.
baccar. junip. rec. succul. ℥vj.
Incisa & contusa infunde *Aqu. simpl.* macerentur in MB. per aliquot dies in vase clauso, post ebulliant leniter, & colentur. D. S.

Harntreibender Tranck gegen den Stein.

Decoctum Lignorum Sudoriferum
Antiepilepticum
℞. *lign. buxi*
coryl. aa. ℥jv.
visc. coryl. ℥ij.
rad. angelic. unc. j.
Incisa & Contusa macerentur per 24. horas
in Aqu. simpl. lb. xij.
manè coqu. ad medietatem.
Colatura. D. S.

Schweiß-Tranck.

Sic contra scorbutum Decoctum rad. Chinæ pro scopo alterativo commodè usurpari potest; unde *contra sitim scorbuticorũ* ad imitationem *TIMÆI* von Gülden-Klee *in Epist. pag.* 237. potest fieri *Decoctum* tale.
℞. *rad. chinæ in taleol. incis.* ℥j.
sant. citr. vel *rubr.* ℥ij.
Aqu. font. lb. viij.
Macerentur per ♃: manè coqu. igne lento ad remanentiã lb. vj. quib° fervent. infund.
rad. liquirit. recent. succulent. ℥vj.
Refrigerentur vase tecto successivè. D. S.

Julep gegen den Durst.

Ubi notandum: ut radix liquiritiæ non simul committatur Decoctioni, quia hujusmodi dulcia, dum adhuc succulenta sunt, amarescunt, si coquuntur, & dulcedinem amittunt: Radix chinæ per se est antiscorbutica, & egregiè convenit, quando scorbutus contracturam aut arthritidem vagam infert.

Decoctum Lignorum in dolore crurum scorbutico, imprimis *nocturno:*
℞. *rasur. ligni sassafr.* ℥iij.
cort. ligni sancti ℥j.
rad. chinæ el.
sarsaparill.
Incisa & contusa stent in Infuso in
▽ simpl. lb. vj.
Coqu. vase clauso, suo alembico munito: Colaturæ ferventi infund.
Hb. scord. M. iij.
rad. liquirit. ℥j.
polypod. ℥vj.
stent per ♃: Colaturæ manè addatur *liquor per alembicum Natus.* D. S.

Scorbutischer Tranck.

Pertinent huc denique *Decocta ex cymis*, item ex cortice abietis, contra affectus nervorum scorbuticos, speciatim arthritidem vagam, paresin, stuporem; v. g.
℞. *cymar. s. turion. pinguium ac resinosorũ pinastri.* it. *abietis* ℥iij.
rad. chinæ in taleolas incis. ℥iß.
bacc. juniper. ℥j.
Incisa & contusa coquantur in
▽ comm. lb. viij.
ad tertiæ partis consumptionem (vel ubi fortiùs desideratur, ad medias)
Colatura D. S. ut *suprà.*

Capiatur bis, manè in lecto expectando blandum sudorem, & vesperi vel sub introitu lecti citra sudorem. Si subjectum patiens humidioris sit constitutionis ac serosioris vel succulentioris, loco chinæ radicis rasuræ ligni sassafras ℥j. recipi potest. Quod si ingratior sit Decocti sapor, (nam terebinthinæ proprietates nonnihil repræsentat;) in fine decoctionis aliquid *passul. minorum conquassatarum* addi potest.

Post diætam sudoriferam se offert *Diæta lactea*, quæ interdum etiam præscribitur. *Lac* autem nihil aliud est, quam chylus pinguis, dulcis, per mammarum tubulos prolicitus; unde ratione substantiæ hujus butyrosæ pinguis alit, acrimoniam acidam temperat, & per urinam evacuat. Cùm tamen interim tanquam alimentum medicamentosum usurpandum sit, usus ejus continuandus est, si sensibilem effectum habere debet; idque cum summa cautela: sicut enim lac est salubberrimum alimentum & medicamentum, ita idem in stomacho corruptum, & alteratum, pessimum dat recrementum.

Talis autem diæta duplicem habet scopum:
1. nutriendi corpus tabidum,
2. temperandi succum acidum.

Convenit ergò ratione prioris scopi in Phthisicis, Tabidis & Hecticis; ratione posterioris autem in scorbuto, podagra & contracturis usurpatur; idque vel simplex, vel medicatum.

Simplex si usurpetur, hæc cautela observanda est, ut præcaveatur ejus coagulatio in ventriculo, ubi facilè, si non ritè constitutus, coagulatur & acescit. Hunc in finem usurpatur semper cũ saccharo, quod impedit ejus coagulationem; vel instillatur ℞ quidam aut liquor appropriatus, ut ℞ cochleariæ mistus cum ℞ u salis ammoniaci, essentia fumariæ composita, &c.

Utendi modus legitimus est, ut ægri manè jejuno stomacho illud hauriant, gradatim ascendendo & descendendo. Primo sc. die ℥iij. secundo vj tertio vj. usque ad lb. iß. In hac summa dosi aliquandiu persistant, & deinde successivè descendant, & ita continuetur hæc cura ad aliquot septimanas, semper addendo saccharũ, aut ℞ m ⊖is ammoniaci, & interim caveatur omnis potus acidus, vinum v. g. & vinosa, cibi pariter acidi, nè diæta corrupta inferat mala symptomata. Corpus quoque subindè blandè laxetur.

Quæritur autem; *quodnam lac optimum sit? bubulum, an caprillum?* Respondetur: distinctè omne lac convenire, pro diversitate sc. scoporum & morborum. Bubulum pingue nimis est, asininum maximè temperatum; caprillum maximè serosum & volatile, specialitèr tamen in scorbuto caprillum, in atrophia asininum maximè convenit, & sic porrò.

Interdum Lac medicatum magis usurpatur, sive tunc aliæ res cũ lacte decoquantur, sive non sit v. g.

Lac

Lac antiscorbuticum.

℞. *Lactis caprilli* lbj j.
Hb. beccabungæ
cochlear.
nasturt. aa. M. j.

stent in vase clauso per ♃; manè parum ebulliant. Colaturæ D. S.

Scorbutische Milch.

Dosis ℥jß. adv.

Nunquam ultra lb. ß. ascendendo in lacte medicamentoso. In omni haustu aliquid de spiritu cochleariæ & spiritu ⊖ ✱ci capiendum.

Vel loco ipsarum plantarum alteretur Lac cum succis v. g:

℞. *lactis caprilli* lb. jv. (vel *hujus*, & *lactis bubulæ* aa. lb. ij.)
succ. fumar. ℥ij.
cochlear.
nasturt. aa. ℥j.
sacchari parum.
M. S.

Scorbutische Alterativ-Milch.

Quidam radicem chinæ unà cum fumaria in lacte decoquere solent in phthisi lymphata pectorali; sicut in affectibus catarrhalibus lignum sassafras; Verum quod hoc attinet, nescio an id commodè fiat, cum lac nimis crassum sit.

Sit tamen simile

Lac antidysentericum contra dysenteriam, ubi abest febris:

℞. *rasur. priapi cervi* ℥ißß. ad ℥ij.
rad. tormentill. ℥j.
Coqu. in s. q. *lactis*, v. g. lb. ij.
Colatura D. cum pauco saccharo. S.

Schmertzstillende und anhaltende Milch.

Serum lactis etiam huc pertinet, quod usurpatur, quando lactis substantia butyrosa vel caseosa minus congrua est: v. g. ubi febres adsunt, vel affectus hypochondriaci. Sic exempli loco sit

Serum lactis hypochondriacum seu *antiquartium.*

℞. *Hb. fumar.* M. ij.
Macerentur per ♃ in *seri lactis caprill.* lb. ij.
Colaturæ adde
Succi pomor. Borsdorff. depur. ℥jv.
sacchari parum,
M. S.

Alterativ-Milch.

Convenit, ubi adsunt phlogoses, item in febre quartana, imò & in reliquis febribus intermittentibus, sed extra paroxysmum.

Serum lactis in febre ardente:

℞. *seri lactis* lb. ij.
succ. citr. recent. ℥iij.
ß. bellid.
papav. errat. aa. M. j. ad Miß.

Ebulliant, vase clauso, donec tingantur. Colaturæ addatur parum *sacchari*, D. S.

Kühl- und Alterativ-Milch.

Loco florum tingentium addi quoque possunt *syrupi aliquot appropriati.*

Potest etiam reddi *laxativum serum lactis*, addendo pro infusione vel *folia senna*, vel *helleborum*, ut *ex superioribus* patet.

Pertinent etiam ad decocta, *Decocta animalium nutritivorum*, sub nomine *Decocti Galli. Juris Consummati*, & *Destillati restaurantis.* Quando enim ægri sunt imbecilles, postulant juscula consummata, ut vocantur, quò iterum restaurentur: in Tussi vero chronica, asthmate, sputo cruento, usurpant Decocta Gallorum, ut corrigant acidum illud, quod tussim infert, vel in malo hypochondriaco, aliisque affectibus chronicis nutriendi gratia. Veteribus magis sunt in usu, quàm Modernis; quoniam talia à *ZWELFFERO* non sine ratione sunt rejecta, & ridicula eorum compositio detecta. Modus talia parandi habetur in *BORELLO.* Recipiunt Gallum veterum, quem interficiunt cursu & verberibus agitatum: hunc exenteratum implent vegetabilibus appropriatis, & quidem, si debet esse sudoriferum, implent herbis & lignis sudoriferis; si debet esse alterans, implent vegetabilibus alterantibus, scopo prædestinato convenientibus: infarctum denuò consuunt, & coquūt in ▽ appropriata tamdiu, donec caro abscedat ab ossibus galli: Decoctum percolant, & colaturam servant pro usu, cujus dosis est, ut semper assumātur ℥vj. Interdum loco alterantium insinuantur Purgantia, & ita fit Decoctū Galli purgans: in quibus præscribendis eadem observanda dosis, & supputanda cum s. q. liquoris, in quo debet coqui gallus, atque factum fuit in Decocto simplici purgante. Sic præscribitur v. g.

Decoctum galli in Colica laxativum & alterativum seu *Carminativum.*

℞. *Hb. menthæ crisp.* M. ij.
fol. senn. s. ß. ℥iij. ad ℥ß.
rad. acori veri
levist. aa. ℥vj. ad ℥j.
cortic. aurant. ℥ß.
sem. carthami, ℥vj.
4. *calid. maj.* aa. ℥j.
cinnam. ℥ij.
Zedoar. ℥j.
Galang. ℥ß. ad ℥j.
Crem. ♃ ℥ij.

His omnibus incisis & contusis repleatur venter Galli exenterati, vel etiam inclusa sacculo lineo & coquantur unà cum Gallo decrepito probè, donec caro ab ossibus separetur, vel saltem in fine Decoctionis: Decoctum coletur, & pinguedo asservetur S.

Hüner-Brühe gegen das Reissen.

Cæterum talia Decocta sunt valdè ridicula: recipitur Gallus decrepitus; cur non potiùs junior? cùm hujus Decoctum sit magis nutriens quam Veteris? 2. Decoctum galli, si ad aliquot dies stetit, incipit acescere, & hinc plus nocet, quàm prodest. Hinc pinguedo, quæ est in Decocto, & partes, quæ separantur, potum dant ingratum, & quæ sunt alia vitia, quæ perstringit in Decocto Galli *ZWELFFERUS*, quod vid. *in Animadversionibus.*

Quoad juscula alterantia: coquunt pullum vel gallum unà cum quibusdam plantis alterantibus, & talia juscula postmodum propinant. Et quidem præscribuntur talia juscula imprimis in declinatione morborum chronicorum, in quibus ægri valdè sunt debilitati, pro rectificanda Massæ sanguineæ crasi, & naturali temperie sensim sensimque restituenda.

Quibusdam est in usu, ut præscribant ægris species decoquendas cum tali gallina vel pullo: sit v. g. parandum tale Jusculum post declinationem febris tertianæ curatæ, ex cujus diuturnitate & contumacia æger incipiat fieri cachectieus, hoc modo:

℞. *Hb. cichor.*
endiv.
lactuc. aa. M. ß.
flor. cordial. aa. p. j.
rad. cichor. ℥vj.
sem. anis.
fœnicul. aa. ℥j.
Incis. & contusa D. S.
Species zur Hüner-Brühe.

Jusculum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1370-3 DFG

Jusculum pectorale alterans:

℞. *HB. scabios.* M ij
hyssop.
salv. aa M j
rad. enul. ℥ iß
ficuum pingvium no. iij.
passul. min. ℥ vj:

M. D entur in charta S.

Species zur Hünerbrühe.

Decoctionis tempore etiam cinnamomi pauxillo condiri possunt.

Harum specierum M j præterpropter infunditur in jusculo decoctionis gallinæ, de quo ℥ iv vel v. hauriuntur.

Quoad *juscula consummata*, aut etiam juscula restaurantia, ita dicta à restaurandis viribus, & à consummata virtute nutriendi: fiunt hæc juscula apud nos ex *gallinis pingvibus & bene nutritis*; in aliis regionibus fiunt ex *caponibus*: Has *gallinas* aut etiam *capones*, exenterant, & postmodum contundunt omnia, ossa & carnem, & ita coquunt in MB, aut more consueto alio, in ▽ tamdiu, donec caro abscedat ab ossibus, & virtus nutritiva & restaurativa gallinæ omninò sit deposita in ▽, in qua coquitur: postmodum addunt vel unctas aliquod *vini*, vel *saccharum*, imò sub finem interdum *cinnamomum*, aut *caryophillos, aliavè aromata*, tandem colant, ac servant ad usum.

Hujus *Jusculi consummati aut restaurativi usus* est in ægris debilibus, & qui non possunt coquere solidiores cibos, pro nutriendo corpore, refocillandis viribus, & ne stomacho nimius fiat labor in concoquendis alimentis solidioribus. Raro parantur talia juscula, nisi à mulieribus.

Pertinet huc *Destillatum Instaurans*, in quo ipso etiam magna simplicitas Veterum observanda est.

Recipiunt *gallum* vel *Caponem Veterum*, quem bene contundunt, & addunt *Simplicia Vegetabilia*, & *similia appropriata*, v. g. *Conservas, succos &c.* Hæc invicem cum s. q. ▽æ perfundunt, indunt MB, & ita destillant, & vocant Destillatum Instaurans, ex eò, quoniam nempe putant, quod vires medicamentosæ galli aut caponis ascendant per alembicum.

Quidam decoquunt nudè cum radicibus, destillant per alembicum pro Destillato instaurante: addunt interdum alia pro scopo intento. Sit e.g.

DESTILLATUM INSTAURANS in febre ardente pro ægro debili.

℞. *Carnem caponis minutim incisam & cum ossibus probè contritam.*

Coqu. in s. q. ▽ æ vase clauso ad mollitiem seu putrilaginem: adde in fine Decoctionis.

radic. rec. cichor. ℥ i
santal. citrin. ℥ iij
flor. borrag.
buglos.
tunic. à p. ij

Colentur & exprimantur fortiter: indantur cucurbitæ & destillentur per alembicum in MB.

Liquor D. S.

Stärckende Krafft-Suppe.

Reponatur in vitro clauso; capiantur quotidiè ℥ ij vel iij, bis in die.

Sed in Destillato hoc Restaurante magna Veterum, ceu dixi, elucet simplicitas, cum sufficienter demonstratum sit à Modernis, quod vis alterans & instaurans carnium non ascendat per alembicum ex animalibus, sed nudum phlegma insipidum, quod sine fructu hauritur. Laboriosum & pretiosum est hoc Destillatum, sed simplex & nullius momenti: vid. *SENNERTUS in Institut.* & *ZWELFFERUS in Animadvers.*

Decocta vero galli & juscula gallinarum ritè parata, uti sanis optimè conducunt pro nutrimento, ita ægris interdum vix tolerabilia sunt: Nam si stomachus est debilis, appetitus nullus, à calore febrili exustus, cadaverantur ingesta in stomacho; & turpiter putrescunt, aut saltem in nidorem abeunt; undè plus mali, quàm commodi. Maximè errant igitur ii, qui ægris ex gravioribus malis reconvalescentibus ejusmodi juscula propinant: (*corpora enim impura, quò magis nutriveris eò magis læseris*; Si verò stomachus recte se habet, tamen copiosius alimentum non semper fert massa sanguinea, quin hæc depauperata principiis fermentativis & assimilativis, talibus jusculis ad turgescentiam usque ingestis, præternaturalem concipit febrilem effervescentiam, & interdum, ad febres ardentes disponitur: id quod in puerperis, hecticis, &c. sæpius observavi.

SYRUPI.

Habuimus hactenus Decocta & Infusa Galenicorum. Cæterùm cùm talis medicamenti forma non sit præscribenda ad longos usus, propterea, quod facile fermentationem concipit, putrescit & vitium contrahit. Ut ergò talia conserventur, & à putredine præserventur, Galenicæ Scholæ ea miscent cum saccharo ad consistentiam talem, quò præserventur à putredine & fermentatione; & talis *liquor saccharatus* vocabatur tunc temporis Syrupus.

Cùm enim Veteribus, tàm Græcis, quam Arabibus ignotæ fuerint elegantiores & efficaciores Spagyricorum Operationes Essentiarum, Rarum, &c. & nihilominus tamen plantas non semper habuerint virides, & similiter in exsiccatis magnam jacturam virium deprehenderint, & ipsas exsiccatas etiam non commodè diu ad potiones adhibuerint, propterea receperunt Decocta, Infusa, Succos & Liquores; & ut in quantitate & copia elaborati præserventur, saccharo miscuerunt, & coquendo in formam crassiusculam redegerunt, & Syrupum concinnarunt. Cæterum cùm hi ipsi syrupi propter saccharum copiosum non sint adeò magnarum virium: & si velimus, ut aliquid operentur, necessum sit, ut præscribantur ad ℥ iv, v vel vj pro dosi una assumendi; saccharum vero propter vim fermentativam paucissimis subjectis, consentientibus omnibus, sit utile, quin potiùs in febribus, in affectibus hypochondriacis, & similibus chronicis, soleat esse nocivum, quandoquidem effervescentias auget, inflationes hypochondriorum inducit, ventriculi tonum dejicit, & denique intumescentias & infarctus viscerum abdominis inducit; propterea non in tanta dosi apud nos solent usurpari atque Veteribus fuit in usu, utut ab Italis adhuc soleant interdum excessivè præscribi; quibus tamen morem suum relinquimus. Potiùs jam usurpantur Syrupi, ut misceantur cum reliquis, pro gratia saporis conciliandà: alias rarioris solent esse usus.

Syrupus ergo ex *MORELLO* est vel *Officinalis*, qui semper in Officinis prostat, vel *Magistralis*, qui ex tempore à Medico præscribitur: Uterque est vel *alterans*, vel *purgans*. De omnibus conjunctim.

In omni autem Syrupo duo consideranda: *Liquor*, in Syrupi formam redigendus; & additum *Saccharum*, quod coquendo dat consistentiam.

Liquor est vel Decoctum vel Infusum, vel aliquis succus; interdum horum unum solum, interdum hæc invicem mista, quando scilicet infusa cum aliis decoquuntur, antequam in succum redigantur, qui ex additione sacchari fit Syrupus.

Præscriptio Ingredientium Syrupi est eadem, quæ in Decoctis & in Infusis solet usu venire, utut, quoniam Syrupi pro longiore tempore præscribi solent, etiam major copia, & liquoris & addendorum præscribenda sit. Differentiam magnam non habent usus Syrupi Magistralis solet ad 8. vel 10. dies præscribi, quoniam diuturnior solet esse Decoctio, sive recipiatur succus depuratus, sive Infusum, sive Decoctum, semper postmodum additur saccharum, usque ad consistentiam Syrupi; & quidem, prout volunt vel crassiorem, vel fluidiorem Syrupum, eò plus vel minus addimus sacchari. Ordinaria proportio solet esse, ut dimidium sacchari recipiatur ad liquorem, v.g. si liquoris sint ℔iij, additur ℔iß. sacchari, quæ invicem coquantur ad spissitudinem Syrupi.

Cæterum cum, uti dixi, Syrupi Magistrales sint rarioris usus, nihilominus tamen ordinari solent, ut adeò necessum sit, ut sciamus formulam. Et quidem usus Syruporum Magistralium est in affectibus pectoris & faucium, in quibus interdum solent præscribi ad leniendam asperitatem faucium, ad promovendam tussim, ad raucedinem, asthma & similes affectus. Ita sit v.g. talis Syrupus parandus contra phthisin, qui debeat consolidare ulcus pulmonum; tunc enim fit tantum nudum Decoctum, istudque post aromatisationem redigitur in consistentiam Syrupi: imò etiam Decocto Magistrali loco sacchari additur Syrupus officinalis, ut sit efficacior, & sacchari minor quantitas addatur. Formula potest esse talis:

℞. *HB. heder. terrestr.*
pulmon.
pyrolæ,
saniculæ aa Mj.
summitat. hyper.
fol. tussilag. aa Mß.
rad. symphyti maj. ℥iß
liquirit. ℥vj
china
passul. maj. aa ℥ß
ficuum pingv. no. vj.

Coqv. in ▽ *simpl.* vel, quod in affectibus pectoris est convenientius, *hydromelitis*; Colatum recipiatur & aromatisetur Infusione *cinamomi* q. s. addatur

sacchari fini
Syrupi de Nicotiana,
erysimi Lobelii aa q. s.

f. l. a. Syrupus. D. S.

Brustsafft auff etliche mahl.

Dosis ℥iv vel vj matutino tempore ad consolidanda ulcera pulmonum.

Non est magna differentia in præscribendis Infusis, Decoctis & Syrupis, nisi quod hi sint rariores, & in affectibus pectoris tantum præscribantur.

Post Syrupos alterantes etiam est Syrupus purgans, isque similiter, tàm qui præscribitur ex officinis, quàm qui ex tempore præscribitur. Hic idem, quod dictum est de alterante, quod sit rarioris usus, etiam intelligendum de Syrupo purgante: Nihilominus in eodem observandæ cautelæ eædem, quæ in dictis Purgantibus: Observanda est dosis Purgantium, & non tam supputanda est quantitas liquoris, sed etiam sacchari & ingredientium, ut scilicet sciamus, quot unciæ Syrupi possint sufficere pro una dosi ad sufficientem purgationem, ne vel excedamus vel deficiamus.

Quod dixi, rari sunt tales Syrupi, propterea quoniam saccharum eos ingrediens dat tormina & flatus: nihilominùs cùm pro delicatulis aut adsuetis præscribendi sint tales Syrupi, necesse est, ut sciamus compositionem. Supputanda est dosis sacchari & liquoris, in quo totum consistit artificium. Ut pateat modus præscribendi, vel in Decocto vel Infuso, sit talis *Syrupus purgans in affectibus chronicis & melancholicis*, & quidem per infusionem.

℞. *succ. pomor. redolent.* ℔j.
in quem infunde
HB. cichorii
fumariæ
lupuli aa Miß.
flor. 4. cordial. aa p. j.
(convenienter & frequenter adduntur hi flores in affectibus Melancholicis)
rad. enul. ℥iß
polypod. querc.
HB. epithym. aa ℥vj
fol. senn. s. st.
helleb. nigri crudi aa ℥ß.
Sem. carthami contusi (est enim purgans) ℥iij.

Stent in loco tepido per 24. horas, & sub finem leniter ebulliant: potest etiam addi stimulus pro menstruo ex *cremore* ♃i, *sale* ♃i, & similibus. Colaturæ ℞. ℔j, cui adde

sacch. fini ℔ß.

Coquantur ad consistentiam Syrupi, & sic tota compositio ex liquore & saccharo non transcendet ℔j vel ℥xjv; multum enim in coctione evaporat, & ita pro dosi erunt ℥iij, iv. vel v.

Hoc ergo modo supputandæ sunt doses & liquor in præscribendo Syrupo purgante Magistrali. Quæ habet *MORELLUS de dosi sacchari cum Animadversionibus*, merentur, ut legantur; uti etiam ea, quæ habet ulterius, sunt satis clara & perspicua, ut non habeam opus plura addere.

Hactenus Decocta pro usu interno:

Sequuntur nunc Externa.

Decoctum discutiens & resolvens ad cephalalgiam accidentalem.

℞. *flor. papav. errat.*
rosar. aa Mß.
rad. rhodii ℥iß.
cap. papav. no. iij.

Præparata coqu. in s. q. ▽ *simpl.*

Colatura D. S.

Aeusserlicher Umbschlag.

Epithematis instar tepidè fronti ac temporibus applicatur.

Decoctum polichrestum ad Erysipelata, Inflammationes, Exulcerationes humidas in metu gangrænæ, &c.

℞. *lithargiri* ℔ß.
flor. rosar. rubr. Mij.

mastich.

mastich.
myrrhæ
olybani aa ℥ß.
Decoct. f. ▽ ♀ *rec.* ℔jv.
aceti destillati ℔iß.

Coque simul, usque dum litharGyrium ferè sit solutum, in fine addendo

Camphoræ ℥ß.

Colatura D. S.

Aeusserlicher Umbschlag.

Calidè cum linteis multiplicatis bis vel ter, & crebrius, applicetur in die: Conf. *ZWELFFERI Pharmacopia Regia pag. 91.*

Inter Decocta externa primaria sunt Iniectiones variæ seu Enemata, item Clysteres & Clysmata Græcis sic dicta, Latinis vero Abluitiones, seu Lavamenta; quæ fiunt aut in cavitates naturales, uti sunt Injectiones in uterum, aures, os, palatum, podicem, &c. aut in cavitates præternaturales, quales sunt abscessus, ulcera sinuosa, &c.

Cum autem à potiori ac usitatiori fieri soleat denominatio, propter infusionum talium in anum ac intestina, ceu generalem corporis cloacam, crebritatem, Clysmatis ac Enematis vox κατ'ἐξοχὴν de iis, quæ ano injiciuntur, intelligi solet, sive solùm eluendi intestina, & alterandi eorum pathemata, sive etiam stimulandi, & consequenter etiam laxandi scopo usurpentur, cui consuetudini & nos cedimus.

Clyster est duplex, vel alterans vel purgans: Quod attinet & alterantem & purgantem: componuntur frequentissimè ex liquore certæ cujusdam Decoctionis. Sic v.g. quando in Colica adhibendi clysteres, hi ipsi fiunt ex Decoctis carminantibus, & flatus discutientibus: Quando in dysenteria adhibendi Clysteres, hi ipsi fiunt ex Decoctis temperantibus, Vulnerariis & Consolidantibus: Ubi adhibendi clysteres, in alvi obstructione & fæcibus induratis, fiunt Decocta ex Emollientibus blandis, & fæces seu scybala indurata fluida facientibus.

Quantitas talis Decocti pro varietate & norma ipsius corpusculi variat: infantibus trium vel 4. mensium sufficit ℥j ad ℥iß, unius vel duorum annorum ℥ij, adultioribus ℥iij usque ad jx, interdum ad ℔j pro ratione ætatis, rarò ℥xv: quibus colatis postmodùm adduntur & dissolvuntur *Electuaria alterativa* & purgativa, ab ℥j ad ℥iß vel ℥ij; In specie Electuarium lenitivum ab ʒj ad ℥j, Triphera Persica ad ℥j, Electuarium de hiera picra à ʒiij ad ʒvj, Electuarium de hiera cum agarico ℥ß: Ubi verò fortiùs stimulandum, dissolvitur ad ℥j. In genere rectè dicit *MORELLUS*: quod dissolvantur Electuaria purgantia in dosi dupla ad eandem, quæ per os assumitur; sicut in parte anteriore Morellus omnium Electuariorum doses habet, quas ibidem videbitis. Fit etiam non rarò, ut MP in clysteribus dissolvatur pro purgatione, idque à ʒß ad ʒj, ad summum ʒii: vid. *MORELLUS cit. loco*, ubi habet de quantitate purgantium observanda in clysteribus.

Mel vel *simplex*, vel *rutaceum*, vel *rosatum*, vel *Mercuriale* dissolvitur à ʒvj ad ℥j. vel ℥iß.

Olei cocti vel *infusi* ℥ß ad ℥j vel ℥iß, pro leniendis & blandè demulcendis intestinis: loco oleorum non rarò etiam butyrum pro lenitivo & abstergente potest dissolvi.

Dissolvitur etiam in Clysteribus *Unguentum Clysmaticum*, quod prostat in Officinis, & abstergit partim, partim consolidat intestina.

Oleorum destillatorum additur ℈j & ℈ß ad ʒß & ʒj.

Ois stimulantis verò vel *alterantis* à ℈j ad ʒß & ʒj.

Denique & *vitellorum ovorum* no. j vel ij adjiciuntur pro promovenda intestinorum lubricatione.

Dicit *MORELLUS*: quod etiam debeant addi *Pulveres* pro dissolutione in clysteribus: sed tamen hi nunquam, aut rarò admodùm, usurpantur.

Quod si plura addenda simul fuerint, & horum respectiva proportio attendenda, ut ex omnium miscela una dosis completa pro usu intento exsurgat; qui in genere est triplex.

1. Intestina stimulare, & plus minùs purgare;
2. Eadem demulcere; &
3. Contenta in iisdem temperare.

Plus enim præstant clysmata, quàm multa sæpe medicamina. Equidem naturaliter saltem colon intestinum clysmata attingunt; in affectu tamen iliaco & per os reddita observata sunt. Non tantum igitur Clysteres in quibuscunque intestinorum affectibus, in specie intestinorum crassorum conveniunt, visciditatem illic contentam evacuando, sed & per consensum aliis intestinis atque partibus mirè succurrunt. Hinc & Clysmata in passione hysterica & hypochondriaca, specialissimè autem in nephriticis, in vomitu, cholera, &c. frequentissimus eorum est usus, quorum sedes tamen in intestinis crassis non est. In affectibus mesenterii, quales sunt inflammationes, infarctus, forsan etiam in tumoribus glandularum mesenterii scirrhosis & similibus aliis, insigniter conducunt Clysteres: Ante paroxysmum febrilem intermittentium injecti hi ipsi insigniter prosunt: in asthmate & tussi, in affectibus capitis periculosis per consensum abdominis, vertigine, epilepsia, &c. egregium præstant levamen: hypochondriacis non minus & scorbuticis quotidianus eorum usus alterans felicissimus est, ubi in his lactea præprimis clysmata convenientissima sunt. Superstitiosior de cætero est delectus cephalicorum, pectoralium, nephriticorum, hystericorum, &c. qui in clysmatum præscriptione subinde instituitur, cum per consensum saltem aut deuteropathian, vel per quandam consequentiam aliis partibus auxilium ab iisdem afferatur: propter valvulam enim in principio coli, ubi intestinum cœcum cohæret cum colo, non possunt transcendere clysteres ultrà colon. Fit quidem interdum, ut clysteres injecti per anum rejiciantur per vomitum: sed non nisi in desperatis casibus morbi iliaci sive Miserere mei dicti, in quo cum omnium intestinorum motus sit inversus, deorsum sursum, etiam hæc valvula inverso modo movetur, & deorsum sursum potest admittere clysterem. In aliis casibus, ubi naturaliter constitutum est corpus ne guttula potest penetrare ultrà valvulam circa intestinum colon. Nihilominùs cum Clysteres, ceu aliquid extrinsecum, infusi irritent & stimulent & irritent tàm intestinum rectum, quàm in specie intestinum colon, tunc ex irritatione ista continua oritur contractio, & propter continuam substantiæ cohæsionem simul irritantur reliqua, quâ irritatione intestina contracta contenta excrementa propellunt, & inferiora versus detrudunt.

Quæstio est : *an Clysteres* etiam *confortent*, *& nutriant?* Res est ridicula, quasi podicis & oris sit par ratio. Cum enim nihil possit nutrire, nisi quod subactum in stomacho, & à quo heterogenea seu scybala per præcipitationem ex admisto succo pancreatico & bilioso fuerunt separata, patet: quod tales clysteres, cùm non ascendant ultra colon, non possint nutrire, multò minus confortare; sed ceu inania & ridicula figmenta anilia sint rejiciendi. Reliqua videb. in *HELMONTII Tract. de Febr.*, qui est infensissimus clysterum hostis, item vid. *HOFFMANNUS in Methodo medendi, ubi de Clysteribus.*

Injiciuntur tepidè, vel una vel duplici vice, pro excrementorum, flatuum, podicis plus minus dolentis, &c. respectu: Frequenter enim admodum in Praxi occurrit, ut propter copiam flatuum in colo impossibile sit pro una vice applicare. Partitis igitur vicibus agatur, & ubi una medietas applicata fuerit, post dimidiam horam altera pars residua pariter tepidè infundatur.

Instrumenta ferè sunt triplicia:

1. Vesica bubula cum parva fistula apud nos Germanos.
2. Sipho amplus apud Gallos, qui certè nesciunt vesicas; quia longè melius cum siphonibus res procedit, quibus cum impetu quasi infunditur Clysma, & altius atque latius se extendit.
3. *GRÆFFIUS* novum paravit instrumentum, & ab eo descriptum videbitis in *Tract. ejus de Clysmatibus*: forsan est imitandum, si intestinum quoddam longius & æquale avis cujusdam debito balsamo, vel terebinthinato vel spiritu salis ammoniaci vinoso, condiatur & aptè tractetur, hinc filo æneo & panno sericeo obvolvatur.

Quoad formulas: exempli loco sit *Clyster Carminativus in Colica flatulenta:*

℞. *HB. chamom. Rom.*
menth. aa. M. j.
flor. Chamom.
sambuc. aa Mß.
bacc. laur. ℥ß ad ℥j
juniper. ℥ß.
sem. anisi
carvi,
fœnicul. aa ℥ij.
⊖ ♀ ad ℥iij.

Incisa & contusa coqu. in ſ. q. ▽ *simpl.* vel ubi ⊖ ♀i non additum fuerit, in ana ⊡ *& ▽ commun.*, vel ⊡ *humana sola.* Colaturæ ℥jx. adde:

Electuar. de baccis lauri ℥vj ad ℥j.
Mell. rutac. ℥ß.
℘ *destillat. anisi* ℈ß ad ℈j, vel *bacc. laur* ℈ß. (vel rutæ, quæ est egregium carminativum) ℥ß.
Vitell. ovi no. j.

M. pro *Clysmate*, appliceter cum instrumento calidè.

Clyster in passione hysterica.

℞. *HB. absinth.*
chamom. Mj.
cort. aurant.
citri aa ℥ß.
sem. anisi
carvi
fœnicul
cumin. aa. ℥ij.

Coqu. in ana ▽ *simpl.* & ⊡ *hum.* Colatur ℞. ℥ix: addendo

℘ *rutac.* ℥j.
destillat. anisi ℈j
vitell. ovi, no. j.

M. pro *Clysmate.*

Clyster emolliens in fecibus alvi induratis.

℞. *spec. emollient.* Mij.
flor. chamom.
verbasci aa Mj
⊖ ♀ ℥iß ad ℥ij.

Coqu. in ſ. q. ▽ *simpl.* Colaturæ ℞. ℔j adde

⊖ *is gemma* ℥j ad ℥ij.
Electuar. hiera cum agar. ℥iß.
mell. Mercurial. ℥ij.

M. F. *Clyster* pro duabus vicibus.

Clyster temperans & leniens in Diarrhœa à bile æruginosa.

℞. *HB. hyosciyami*, Mij
rad. alth.
malv. à ℥ß.
baccar. juniperi ℥j

Incisa & contusa coqu. in ſ. q. ▽ *a*

℞. *Colatura* ℥x: adde
℘ *lilior. alb.* ℥iij.

M. pro *Enemate* una vice applicando.

Pertinet huc Clyster, quem quidam Medicus habuit ceu secretum in contumacissima alvi obstructione, paratus ex *passular.* ℔j, quas coxit in jure vituli, quo Decocto postmodum usus fuit pro *Clysmate.*

Interdum etiam in intestinorum doloribus, in specie in dysenteria, loco liquoris accipitur Decoctum capitum ac pedum vervecis, quæ decoquunt per longum tempus, & decoctum infundunt pro sedandis doloribus & compescendis convulsionibus & contorsionibus; quales sunt in colica & dysenteria, sive fuerit colica vera, sive notha ex calculo seu nephritide, quæ longè acerbior est, quàm vulgaris à flatibus & stercoribus oriunda.

Sæpe etiam additur Saccharum loco mellis, ubi opus est abstersione intestinorum: Ita pro hoc scopo in dysenteria valdopere commendat sequentem Clysterem simplicem *AMATUS LUSITANUS C.2. Observ.* 144.

℞. *Decoct. hordei* ℔j.
vitell. ovor. no. ij.
Sacchari Thomæ ℥ij
M. pro *Clysmate abstergente.*

In apoplexia, epilepsia, catarrho, ut vocant, suffocativo, & similibus aliis, uti etiam in omnibus affectibus soporosis, ubi fortissimi requiruntur clysteres, qui fortiter stimulant & revellunt, quidam plantas cephalicas coquunt pro clystere: sed hic non specialem habent effectum, sive usurpetur Clysma ab omnibus cephalicis, sive quibusdam saltem. Interim non tàm cephalica: ejusmodi quàm stimulus attendatur: an sc. plus vel minus operari debeat? Convenit sal tartari, ubi mucus viscidior acidus est in colo intestino, & infert mala pathemata. Vulgò & omnibus fere Clysmatibus mella atque olea in satis larga quantitate addunt, sed male: Si enim in contumaciore alvi obstructione acrius agendum, & stimulanda alvus obstructa, exulent mella ejusmodi atque olea, nè acriorum additorum vis hebetetur.

Ubi vero opus est blandâ ac leni alvi subductione & evacuatione, tùm oleum commune aut oleum rutaceum & alia appropriata solent permisceri. Solum oleum colocynthidos Quercetani est, qui ratione colocynthidos stimulat; Unde etiam tale oleum colocynthidos Quercetani permisceetur

tur in Clysteribus in lumbricis intestinorum, & in specie in ascaridibus. Dissolvitur etiam hoc oleum dia colocynthidos Quercetani in Clysteribus fortiter stimulantibus, quales reperiuntur in paroxysmo lethargico, in paroxysmo apoplectico & aliis, ubi fortiore stimulo opus est.

Clyster fortiter stimulans & purgans in apoplexia, aliisque affectibus soporosis, item *in passione hysterica* graviori, *catarrhis*, *pleuritide*, *aliisq; affectibus pectoris.*

℞. *HB. origan.*
ruta.
serpill. à M j
fl. cent. min.
lil. convall.
stachad. Arab. à p. j.
rad. pyrethri (quæ fortissime stimulare solet, & in talibus tantum affectibus adhibetur, modò plus modo minus, prout reliqua Ingredientia sunt vel fortia vel debilia) ʒij.
pulp. colocinth. in pet. ligat (aliàs subtilissima ramenta horrenda tormina inferunt, & aliquandiu post se relinquunt, quod non putassem, nisi experientia confirmatus fuissem) ʒj.
sem. carthami in petia ligati ℥ß.

Coqv. in s. q. ▽ *acomm.* Colaturæ ℥viij adde
Electuar. hier. picra cum agar. ʒj.
fell. tauri inspissati (fortiter enim solet stimulare; & rectè permiscetur clysteribus, ut fortiùs revellere possint: interdum fel solum sufficit) ʒj ad ʒij.
Extract. castor. ℈ß.
℘ *destillat. rutæ* gtt. vj.
Vitelli ovi no. j.
M. F. *Clyster.*

Alius:

℞. *HB. Nicotianæ*
Salv.
fl. chamom. aa M j.
rad. pyrethri ʒiij ℥ß ad ℥vj.
pulp. colocynth. in pet. ligatæ ʒj.

Coqu. in s. q. ▽ *e simpl.* Colaturæ ℥jx adde
℈ *is gemm.* ʒß ad ℈ij.
castor. ℈j ad ʒß.
Elect. hier. picr. ℥ß ad ℥j
Mellis anthosati ℥ß ad ℥vj, vel *hujus & mellis rosat.* aa ʒij ad ʒiij.

De Electuariis purgantibus clysmatis additis dubitatur meritò: *An cujusdam usus sint?* siquidem, antequam textura crudorum purgantium resolvatur ita, ut se commode explicare & insinuare parietibus intestinorum queant, diu erit, dum interea applicatum jam clysma rejicitur. Ob id Moderni quidam etiam, ubi fortiùs stimulandum est, ipsa fortiora purgantia infundere, vel Decoctum croci metallorum in vino aut ▽ benedicta officinali, vel infusionem vitri ℥ii, vel ℥ii vitæ ad ℥iij, aut Syrupum emeticum Salæ ad ℥iß Decocto jam colato addere soleat, præsertim, ubi præsentaneâ magis ope opus fuerit.

In contumacissima ergò *alvi obstructione & metu ilei.*

℞. *Decocti Mercurial.*
parietar. aa ℥ jv.

In hisce ebulliat *croci metallor.* ʒj: Colaturæ adde *Vitell. ovi* no. j.

M. pro *Clysmate*, debito modo injiciendo.

Vel

℞. *Decocti emoll. usitati* ℥vj]
croci metall. in vino vel ▽ *bened.* ℥iij.
M. pro *Clysmate.*

Aliquando *Colica quædam* à *Rulando* fuit curata; aliis multis irritis, hoc clysmate.

℞. *Juris. pisor.* ℥viij.
sacchar. ℥ß.
▽ *bened.* ℥iiß.
℘ *commun.* ℥jv.

M. & injiciantur quavis hora, quamdiu recrudescunt dolores: vid. in *Thes. pag.* 227.

Simili Clysmate à *RULANDO* cuidam puerperæ, per 24. dies alvum obstructam tenenti, & stercora jam per os evomenti, eadem aperta fuit.

Sed ubi talia fortiora præscribuntur, ibi necessum est, ut habeatur accurata ratio Ingredientium; fortissimè enim hæc stimulant, adeò ut vomitus interdum consecuti sint.

Quidam à Modernis paratis jam clysmatibus salia volatilia solent addere pro fortiore penetratione & celeriore alteratione; & hæc certò sunt efficacissima in passione v. g. hysterica, convulsionibus epilepticis, affectibus apoplecticis, doloribus abdominis, & torminibus infantum à lacte corrupto ortis, & imprimis epilepsiis infantum. Hinc sit

Clysma in Suffocatione hysterica:

℞. *HB. l. flor. chamom.*
matricar.
rutæ à Mß. l. Mj.
rad. levist. ℥j
bryon. ℥ß.
bacc. lauri ℥ß ad ℥vj.
(vel *bar. & baccar. Junip.* aa ℥ij l. iij.

Coqv. in s. q. ▽ *simpl.* Colat. ℥ix. adde
Elect. hier. c. agar. ℥ß ad ℥vj (aliàs præscribitur ad ℥j: considerentur ergo circumstantiæ)
castor. ℥ß ad ℥j
⊖ *volat. C.C.* vel ⊡ *e* ℈j
Vitell. ovi no. j.
Misc. pro *Clysmate.*

& simplici vel duplici vice applicetur.

Notandum: frequenter admodum in Praxi occurrere, ut propter copiam flatuum in colo impossibile sit, pro una vice applicare. Partitis igitur vicibus agatur, & ubi una medietas applicata fuerit, post dimidiam horam altera pars residua pariter tepide infundatur.

Pertinet huc singulare Inventum, quod habet *BACO de VERULAMIO in Hist. Vitæ & Mortis pag.* 126. qui clysteribus refrigerantibus in morbis calidis addit etiam camphoram ad aliquot grana pro refrigero. Quod inventum est egregium in febribus malignis, ubi opus est, ut infundatur Clyster; cùm camphora per se sit excellens alexipharmacum. Aliàs in talibus Clysteribus, febribus malignis destinatis, dissolvitur Triphera Persica à ℥vj ad ℥j.

Aliud *Clysma cum sale volatili pro infante unius anni epileptico:*

(hujusmodi enim clysmata cum salibus volatilibus conveniunt epilepticis)

℞. *flor. cham. Rom.* M j
Coqu. in s. q. ▽ *simpl.* Colat. ℥iij, adde
⊖ *volat. C. C.* gr. viij
℘ *destillat. anis.* gtt. v.
Mell. rosat. ℥iij.
Misc pro *Clysmate.*

Non opus est, ut hic adjiciatur vitellum ovi: Tepidè applicetur infanti.

Loco ∇ei corporis interdum tantum ſimpliciter Lac ſumitur, & talia Clyſmata lactea ſunt frequentiſſima, & pro ſcopo vel anodyno, ut in dyſenteria, imprimis ſi ſit lac extinctionis chalybis, ſeu in quo chalybs ignitus aliquoties fuit extinctus: vel pro ſcopo temperativo, ut in doloribus abdominis ſcorbuticis ſopiendis, qui cum ſint interdum meſenterii convulſiones & contorſiones, excitati ex ſucco pancreatico nimis acido atque auſtero, tunc uſitauſſimè ſub introitum lecti tales clyſteres injiciantur ad leniendum dolorem, & per integram noctem, ſi fieri poteſt, retineantur, ut dolores & affectus abdominis ſpasmodicos ſiſtant: Item ſi percipiantur phlogoſes, & incaleſcentiæ in abdomine ſcorbuticæ; in tali caſu clyſteres ex Lacte ſunt convenientes, cum Lac blandè abſtergat, & phlogoſes ex exceſſivo acido abortas compeſcat.

Lac autem vel ſimplex ſumitur, chalybeatum, imò & medicatum: v. g. ſit

Clyſma emolliens in fecibus alvi induratis

℞. *ſpec. Decoct. emoll.* Miß. l. ij.
aperit. maj. Mj.
Coqu. in ſ. q. *Laccis vaccini*: Colaturæ ℔j. adde
Syrup. de cartham. ℥j
cichor. c. rhab.
Ungvent. Clyſmat. aa ℥ß.
℄i ℈iati ʒj.
M. F. *Clyſma pro una vice.*

Clyſma anodynum antidyſentericum.

℞. *flor. verbaſc.* Mj. ad M. ij.
ſambuc. Mj.
Cap. papav. c. ſem. no. iij.
Conciſa & contuſa coqu. in ſ. q. *Lactis bubuli chalybeati*:
Colaturæ ℔j addatur
Sevi hircini vel *cervini in vitello ovi ſoluti* ℥ß ad ʒvj.
M. pro *Clyſmate.*

Loco capitum papaveris pro leniendo dolore commodè etiam Philonii Romani ʒj ad ʒiß, ad ſummum ʒij., vel Laudani opiati gr. ij, vel theriac. rec. ʒij, addi poſſunt. Loco horum etiam Syrupus papaveris albi commodè etiam poteſt diſſolvi ad ℥j, qui abſtergit & dolorem lenit. Hic lac anodynum eſt, temperans acrimoniam rodentem dyſenteriæ: ſevum hircinum vel cervinum additur, quia obſervatum fuit, quod in dyſentericis exulcerationibus inteſtinorum optimè conveniat ſevum hircinum; nè autem denuò congrumeſcat & coaguletur, cum vitello ovi ſubigendum eſt. Quidam etiam opium in febribus malignis, cum pertinaci agrypnia conjunctis, item in febribus malignis, cum deliriis & ſimilibus affectibus capitis complicatis, clyſteribus addunt, imprimis in virium debilitatibus, in quibus non commodè poteſt propinari per os. Cautò tamen hic opus eſt, ne ex nimia doſi ſomnus inducatur perpetuus, quale exemplum refert *GALLINARIA*: ſc. ſe noviſſe mulierem nobilem, quæ cum per plures noctes ſtetiſſet inſomnis, ſuppoſitoriis tamen opiatis admotis ſomno perpetuo correpta fuerit. Quod hic valet de Suppoſitoriis, valet etiam de Clyſteribus.

Aliud:

℞. *HB. biſtort.*
pimpinell.
fol. hyoſcyam. à Mj.
ſem. fænugr.
hyperic.
papav. alb. aa. ℥ß.
Inciſa & contuſa coqu. in ſ. q. *lactis bubuli*:
Colaturæ ℥ix adde
terebinth. cum vitello ovi ſolut. ʒiij.
ol. momord. ℥j.
M. pro *Clyſmate.*

Clyſma vulnerarium in dyſenteria Inteſtinorum craſſorum:

℞. *HB. conſolid. Saracen.*
plantag. à Mj.
rad. biſtort.
conſolid. maj. à ℥ß.
ſem. perfoliat. ʒiij.
Coqu. in ſ. q. *lactis chalybeati*: Colaturæ ℥viij. adde
terebinth. Venet. cum vit. ovi diſſoluta ʒiij.
℞ *lil. alb.* ʒvj.
Miſc. pro Enemate.

Clyſma medicamentoſum *anodynum in doloribus ſcorbuticis*:

℞. *HB. hyoſcyami*, Mj
flor. ſambuc. Mij.
Coqv. in ſ. q. *lactis caprilli.*
Colaturæ ℥x adde
Vitell. ovor. no. ij.
Miſc. pro *Clyſmate.*

Uſitatior fuit hic Clyſmatum præſcribendorum modus interdum verò ſolâ fluidorum miſcela clyſter conficitur citra ullos alios labores, v. g. ſolum lac ſufficit pro corpore clyſmatis, imprimis in ſcorbuticis, cum pauco addito ſaccharo vel cinere clavellato, aut pro ratione Electuarii lenitivi, vel de baccis lauri. Jam pro *Clyſmate anodyno in ſcorbuticis*, præſertim *abdominis malis*, inſervire poteſt, e. g.

℞. *lactis bubulæ fervidæ* ℥ix.
in quo diſſolve
Electuar. lenitiv. ℥j.
de baccis lauri ℥ß.
vitell. ovi no. j.
M. pro *Clyſmate.*

Clyſter ex lacte in ſcorbuto & affectibus quaſi ſcorbuticis, in inflammatione inteſtinorum, item in inflammatione meſenterii, wenn es die Patienten im Leibe brennet.

℞. *lactis caprilli* vel *vaccini* ℥viij ad ℔j.
in quo diſſolve
Mell. Mercurial.
rutac. aa. ʒiij.
vitell. ovi, no. j.
M. pro *Clyſmate*, injiciendo tepidè, S. Abſpühlend und kühlend Clyſtyr.

Pertinent etiam huc *Clyſteres terebinthinati* in Colica nephritica, & dolore nephritico, aliisque his cognatis morbis. Diſſolvitur terebinthinæ ʒj ad ʒij, aut etiam ad ʒiij, aut in Decocto appropriato, aut in lacte, aut in ſimili alio liquore: v. g. ſit,

Clyſter anodyno conſolidativus in Dyſenteria.

℞. *Lactis bubul.* ℥iix.
terebinth. Cypr. vel *Venet. in vitello ovi diſſolut.* ʒij.
elect. diaſcord. Fract. ʒiß.
Vitell. ovi no. j.
M. F *Clyſma*, injiciendum tepidè.

Valdo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1376-7 DFG

Valdopere expertum est Belgis hoc Clysma in talibus casibus, in exulceratione intestinorum, item in tenesmo ex excoriatione ani. Commodè etiam oleum terebinthinæ, item balsamus sulphuris terebinthinatus, potest permisceri clysteribus, uti etiam ʒj olei ceræ commode potest dissolvi in clysteribus appropriatis in tali intestinorum exulceratione: oleum vero terebinthinæ à ℈j ad ʒß, uti etiam Balsamus sulphuris terebinthinatus, potest addi.

Clyster temperans & anodynus polychrestus.

℞. *Lactis bubuli* vel *Decoct. fl. cham. cum lacte parat.* ℥ix ad ℔j.
terebinth. venet. in vitello ovi dissolut. ʒiij ad ℥ß.
Mell. rosac. ℥ß ad ʒvj.
M. pro *Clysmate.*

Hoc dysentericis, scorbuticis, nephriticis & hystericis, propter substantiam volatilem penetrantem, insigniter convenit. *HORSTIUS* certè Clysmata talia terebinthinata maximè commendat.

Sanè terebinthina addita plus in recessu habet; ex tali enim Clysmate paulò diutiùs retento urinam intense violas spirasse, in puerpera olim notavi.

Pertinent huc etiam Clysteres anodyni & purgantes ex fumo tabaci, quando sc. fumus per instrumentum certum loco clysmatis infunditur ano, sic ab acrimonia salina volatili acri stimulatur alvus, & secessus causantur. Valde conveniunt in affectibus intestinorum, quoniam prompte & citò expurgant. Et talem clysterem una cum instrumento singulari unusquisque sibi potest applicare, cujus instrumenti delineationem, & etiam modum fumum tabaci applicandi, describit *BARTHOLINUS in C. 6. Histor. Anatom. 66.* De fumo tabaci dico: nam, qui ex Decocto tabaci aliis additis parari posset, summe periculosus est, cùm usum ejus, subitò, ac modo applicatus fuerit, præcordiorum anxietates, lipothymias, vomitus, sudores circa frontem frigidos, totius feralem quasi pallorem, aliaque similia symptomata insecuta fuisse noverim.

Aliquando, dicit *MORELLUS*, fiunt etiam Clysteres ex vino generoso aut Hippocratico. Cæterum in hoc casu sit cautus Medicus: refert enim *BORELLUS in Observationibus*, quod aliquando ex vino aromatisato loco Clysteris injecto ebrietas fuerit secuta, non secus atque æger fuisset inebriatus. Pertinet huc, quod habet *SALMUTH Cent. 2. Observ. 97.* de quodam, cui propter dolorem ex lue Venerea præscriptus fuerit Clyster cum ʒj opii, ex quo clystere propter excessivam opii dosin coma secutum fuit; qui tamen curatus fuit ex comatoso affectu, injecto clystere ex vino Malvatico.

Denique & urina pueri loco corporis in clysmatibus pro affectibus hypochondriacis, hystericis, & hydropicis, tàm aquosis, quàm flatuosis adhibetur, & in specie in tympanitide; in qua & similibus gravioribus flatulentis affectibus tale Clysma ex urina pueri non potest satis commendari à *VALERIOLA.* Nunc quidem ipsa urina injicitur, calefacta cum dissolutis appropriatis; nunc vero in urina hac pueri coquuntur appropriata: sic v. g. in tympanitide *VALERIOLA l. 2. Observ. 1.* commendat insigniter Clysterem ex urina pueri, in quo parum fermenti coquitur, unà cum semine anisi, &c. & in quibus dissolvitur mellis despumati certa quantitas, & talis clyster est expertus in tympanitide & similibus flatulentiis.

Sit itaque *Clyster carminans in tympanitide,* ad imitationem *Valeriolæ*:

℞. *rad. angel.* ʒj.
sem. anisi
fœniculi à ʒij.
fermenti pistor. ℥ß.
Coqu. in s. q. ▽ *a pueri*: Colaturæ ℥jx adde
Mellis despumati ℥jß
℘ *destillati carvi* ℈j.
M. pro *Clysmate.*

Sola etiam Olea dant corpus pro Clysteribus, aut integrum Clysma constituunt: In specie usurpatur oleum lini pro emolliendis fæcibus induratis, in laxanda alvo nimis contumaciter obstructa. Interdum recipitur etiam loco olei lini, simul olei lini & olei raparum ana; tali enim oleo ex semine rapi desperatam alvi obstructionem curatam fuisse observatum fuit. Hinc ad *pertinacem alvi obstructionem ex fæcum indurationem*

℞. ℘ *sem. lini*
rapar. aa ℥jv l. v.
diacolocynth. Quercetani ℥ß ad ʒvj.
Misc. pro *Clysmate*, infundendo tepidè.

Item *PRÆVOTIUS* etiam quendam nobilem contumacissimæ alvi denuò fluxilem fecit beneficio clysteris ex ℔j *olei communis* confecti: & Rulandus curavit rusticum quendam, cujus alvus & abdomen ob scybala diutius retenta omninò dura & infarcta fuit, ita, ut cum dyspnoeia, febre quotidiana & anorexia desperatus habitus fuerit, Clysmate cum ℥v. olei lini, infundendo hoc ℘ nunc solum, nunc simul ʒj trochiscorum alhandal.

Cum talibus oleis expressis interdum in flatulentiis possunt addi olea appropriata carminativa destillata, quæ potentius tunc possunt discutere flatus. Pertinent huc etiam *Clysmata vulneraria in dysenteria, abscessibus mesenterii* & similibus morbis, ubi opus est medicamentis vulnerariis, ubi locò corporis vel succus vel jusculum cancri sumitur, e. g.

℞. *Juris s. Decocti ⊖ fluviatil.* ℥viij
in quo potest dissolvi
cassiæ pro clysteribus ℥iß.
elect. lenitiv.
olei chamom.
nymph. aa ℥ß.
☉ *Siati* ʒß.
F. *Clysma.*

Vel alio modo & efficaciore præscribitur ita:

℞ *Juris ⊖. fluviatil.* ℥vj.
succi ⊖. fluviatil. contus. ℥iij
Colaturæ adde
Electuar. lenitiv.
Syrupi de symphyto Fernelii (pro consolidatione: nam Syrupi commode etiam possunt dissolvi) aa ʒvj.
☉ *Siati* ʒß.
M. pro *Clysmate.*

Nitrum antimoniatum solvitur commodissimè in Clysteribus, imprimis in iis, qui infunduntur in febribus, ubi opus est compescentia odoris febrilis; notum enim est, quod ☉ *Siatum* specificè conveniat in talibus morbis, sive ore assumatur, sive cum clysteribus infundatur.

Vel

Vel:

℞. *Juris cancr. fluviat.* ℥iv.
succ. 69. fluv. rec. expres. ℥iij.
in quibus calidè solv.
Syrup. de symphyto Fernelii ℥j.
papav. albi ℥ß.

Potest addi vitell. ovi, nos, si placuerit.

Syrupum de Symphyto addo, quia in Decoctis habenda est ratio texturæ aut structuræ, aut naturæ ingredientium, unde, quia subjecta mucilaginosa non possunt decoqui, ne fiant crassa & glutinosa, ut v.g. radix althææ, symphyti majoris, sem. psyllii, Cydon. &c. hinc meliùs Syrupus additur. Loco Syruporum etiam juri & succo cancri addi possunt.

Mellis rosac. ℥vj
Vitell. ovor. no. ij.

Item:

℞. *Decoct. cancror. fluviatil.* ℥viij.
adde
terebinthinæ in vitello ovi dissolut. ʒiij.
℘ *lil. alb.* ℥vj.
Misc. pro Enemate.

Præter Clysmata ano injicienda, dantur etiam Clysmata seu Injectiones aliis in locis, peni, vesicæ, utero, ori, naribus & auribus, uti & vulneribus, ulceribus sinuosis, fistulis, &c. eodem modo usurpandæ, nunc in genere siphonis ope, nunc in specie in uterum per metrenchitem, in vesicam per catheterem, &c. in quibus omnibus nulla ab antecedentibus in præscribendo differentia, nisi in quantum partis affectæ & affectus ipsius ratio, materiæ selectum, & quantum determinare, plus minùs solet. Præscribuntur ut plurimùm ex Decocto appropriato, additis convenientibus dosi, quam usus & ratio partis requirit.

Quoad injectionem in penem, commodè hæ fiunt, ubi urget Gonorrhæa Gallica, & incipit fieri in pene prope prostatas ulcus, vel quando in incipiente gonorrhæa excoriatur & exulceratur, ita, ut metus sit, ne in tali exulceratione exedatur, & in medio perforetur meatus urinarius, vel etiam ex tali ulcere excrescat caruncula. In talibus casibus fiunt injectiones in penem pro detergendo tali ulcere, tàm prostatarum quàm meatus urinarii, uti etiam pro destruenda virulentia veneni Gallici.

Tales Injectiones fiunt ex plantis vulnerariis, decoctis cum aloë in ▽ appropriata: in quo Decoctis dissolvuntur nonnulla appropriata, v.g. mel, & quidem unâ vice ℥j vel ℥ß injecta sufficit: Vel fit Mistura ex succo plantaginis & ▽ plantaginis, quibus additur aloë rosata & dissolvitur aliquantillum Mercurii dulcis pro Injectione in penem, etiam in prostatarum exulceratione, in virulentia Gallica: qualem Misturam habet *SCULTETUS in Obs. Chirurgicis Observ. 79.* Ubi periculum est exulcerationis aut malignum est ulcus, ibi simul potest injici aliquantulum de Mercurio sublimato, qui est acrior & magis corrosivus, quàm Mercurius dulcis.

Quoad Formulas: sit v.g.

Injectio pro pene in Gonorrhœa benigna exulcerata:

℞. *lact. muliebr. bubul.* ℥iv.
adde
tutiæ preparata ℥ij
aloës epat. ℥j
sacch. candi ℥ß.

Pulveres subtilissimè tritos subige cum *lacte*, injice cum Syringa pro una vice ℥ß ad ℥vj, aliquandiu retineatur pene suppresso.

Vel

℞. *HB. bujul.*
portulaca à Mj.
flor. hypericii
sambuci à Mß.
Coqu. in s. q. lactis caprilli:
Colaturæ ℥v adde
mellis rosac. ℥v.
Misc. pro *Clysmate in penem.*

Sin verò in gonorrhœa maligna exulceratio penis & glandularum adsit, tùm ad imitationem Sculteti.

℞. *Decocti plantag.* ℥iv.
▽ *aloet.* ℥iij.
Mercurii dulc. adextra ℥ß ad ℥ij.
Mell. rosac. ℥ß ad ℥vj.
Misc. pro *Injectione* S.
Mistur zur Einspritzung.

Loco Mercurii dulcis capi potest Mercurius sublimatus: sed in parva dosi; ubi tamen aqua destillata potiùs, quàm Decoctum plantaginis conveniret, quia aliàs se præcipitaret Mercurius sublimatus.

Vel

℞. ▽a ♆a ℥iij
aloes hepat. ℥ß. (vel ejus loco *essentiæ aloes* ℥iij.)
mellis Rosat. ℥iij l. ℥ß ad ℥vj.
M. D. S.
Aeusserliche Mixtur zum einspritzen.

Malum ubi pertinacius fuerit, cum vel sine aloë Mercurius dulcis simul addendus à ℈j ad ℥ß, imminuendo mel ad ℥iij præterpropter.

Non raræ etiam sunt Injectiones in vesicam, in ejus excoriatione, vel colli exulceratione, factâ vel ab internis, ab acrimonia urinæ acida, ut in stranguria, &c. vel factâ ab externis, qualia sunt applicatio cantharidum: sive enim hi applicentur, sive assumantur, non raro solent inducere, aliis partibus illæsis, excoriationem vesicæ. In talibus partim fiunt Injectiones in vesicam ex remediis, quæ partim dolorem leniunt, partim consolidant & detergent: quæ dolorem leniunt, sunt imprimis lac vel propriè sic dictum, vel emulsiones ex papavere & similibus seminibus anodynis & dolorem lenientibus, item Decoctum hordei commistum cum lacte, aut cum Emulsionibus lacteis commodè potest injici. Ad consolidandum & detergendum injiciuntur Decocta ex vulnerariis, ex agrimonia, hedera terrestri, ex summitatibus hyperici; quæ decoquendæ sunt ab ℥viij ad ℔j, dissolvitur talium ℥j ad ℥iß, plus minus, prout sunt efficaces, vel minùs efficaces.

Adduntur non raro trochisci de alkekengi cum opio & sine opio: Cum opio injiciuntur in dolore excedente, ubi opus est nudâ attemperatione acrimoniæ humorum, & detersione exulcerationum & excoriationum.

Commodè etiam potest institui Injectio Emulsionis ex terebinthina; vel etiam Decoctum appropriatum cum aliquot guttis olei terebinthinæ destillati & optimè rectificati potest injici.

Et ubi suspicio est Inflammationis vesicæ concurrentis, etiam lacti vel sero lactis sacchari Saturni aliquantulum potest addi: item ▽ ferrariorum, seu extinctionis chalybis, in qua radix Symphyti, myrrha, & aliquantulum aluminis, decocta fuerunt, commodissimè injicitur.

Ut res pateat, exemplo me declarabo: sit nempe *Injectio* talis *Abstersiva in exulceratione vesicæ:*

℞. *folior. plantag.* Mj.
rad. liquirit. ℥ij.
cortic. fabar. ℥j.
sem. cicer. rubr. part. ij.

F. De-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1378-9 DFG

F. *Decoctio in ▽ simpl.* addendo parum lixivii, ne nimis fiat acris.

In *Decocti* ℔j dissolv. *Terebinth. laric. c. melle in mortar. dissol.* ℥ij.

& usurpetur pro *Injectione.*

Sin ulcus sit contumax, aut inveteratum, aut etiam sordidum, simul in hoc Decocto potest dissolvi aliquantulum de ungvento Ægyptiaco, quod est acre, tantum sc. quantum ferre potest æger.

Alia *Injectio in vesicam* per penem *in exulceratione vesicæ, mictu cruento & purulento,* &c.

℞. *HB. agrimon.*
plantag. à Mj.
rad. liquirit. raf. ℥ß.

Coqu. in ▽ *ferrar.* f. q.

Colaturæ ℔ß ad ℥viij adde
Ess. aloes c. ▽ *extr.* ℥ß (vel *ess. myrrh. c.* ▽ *ess.* ℥ij)
Mell. rosat. ℥j.

M. pro *Injectione,* quæ fieri debet per syringam.

D. S.

Heylende Einsprützung.

Quod si minus pateat via, per catheterem est amplianda & aperienda.

Loco hujus autem convenit hic etiam Lac, cui terebinthina cum vitello ovi soluta permista, cum pauco sacchari, pro leniendi sc. scopo & temperandi; dum istud magis intentioni purificandi inservit.

Post injectionem abstersivam sit hæc consolidativa in ulceribus vesicæ.

℞. *ramul. equiseti,*
summit. hyperici,
fol. plantag. aa Mj.
rad. bistortæ
consolidæ maj. aa ℥iß.
cort. granator. ℥iij.

Coqu. in f. q. ▽æ ferrariorum:

In Colatur ℔j dissolve
Trochisc. alb. Rhasis sine opio ℥ß.
Boli Armeni ℥j

M. pro *Injectione consolidativa.*

Post Injectiones in vesicam sequuntur injectiones in uterum, quæ pro varietate scopi etiam vel maximè variant: sic v. g. in excoriationibus & exulcerationibus uteri, vel etiam ejus colli, tales Injectiones non sine fructu instituuntur; Imprimis quidem, ubi tales excoriationes fiunt ex acrimonia nimia humoris, in fluxu alvi per ipsam vaginam transeuntis; tunc fiunt Injectiones ex Vulnerariis detergentibus & consolidantibus, in lacte decoctis, ubi est simul inflammatio; item in decocto hordei, ubi scopus est blandè detergendi & demulcendi humorum acrimoniam: Imprimis autem in talibus Decoctis vel ▽is appropriatis destillatis dissolvitur succus Mercurialis, qui est appropriatus pro purificando & detergendo utero; item Mel Mercurialis & Syrupus ex Mercuriali paratus: In exulcerationibus uteri Gallicis in vagina uteri conveniens est, ut cum Decocto appropriato plantaginis, Mercurialis, Decocto ligni sassafras seu ligni sancti admisceatur simul una cum melle Mercurialis aliquantulum Mercurii dulcis, ceu medicamentum appropriatum contra Exulcerationes Gallicas.

Tales Injectiones in uterum, unà vice ad ℥iij ad summum ℥iv sufficiunt, in quibus appropriata dissolvuntur: Sic in inflammatione uteri, in inflammatione vaginæ uteri, quæ interdum solent fieri post partum, ex stagnantibus in iisdem locis lochijs, commodè injicitur Decoctum florum chamomillæ, Decoctum sempervivi, florum sambuci, &c. in ▽ appropriata; in quo Decocto aliquantulum sacchari Saturni dissolvitur pro dissolvendo sangvine congrumato, & discutienda inflammatione istius partis, datis simul interne menses & locchia promoventibus.

In prolapsu uteri, seu potiùs prolapsu sinus pudoris, commodè immittitur post repositionem Injectio adstringens, parata ex radice bistortæ, tormentillæ, foliis plantaginis, floribus balaustiorum, corticibus Granatorum, semine sumah & myrtillis, in ▽ ferrariorum sive extinctionis chalybis: quibus Decoctis interdum aliquantulum aluminis potest addi cum Syrupo de rosis siccis, & ita per vices injiciantur.

Præscribuntur talia Decocta ad ℔j vel ℔iß, cujus Decocti singulis vicibus calefacti ℥iij vel ℥iv. injiciuntur nunc sæpius, nunc rarius, prout necessitas urgebit.

Injectio uterina in nimio mensium fluore:

℞. *HB. plantag.* Mj.
rad. bistort. ℥vj.
gallar. contus. ℥ß.
stercor. asinin. ℥ß. (vel *hujus & suillis* aa ℥vj)

Ebulliant in f. q. ▽æ simpl. Colaturæ ℥viij l. j.

D. S.

Anhaltende Einsprützung.

Injiciantur ℥ij vel ℥iij ad ℥iv pro una vice.

Alia:

℞. *HB. polygon.*
scrophular.
tormentill. à Mj.
rasur. ligni quercini ℥iß.

Coqu. in f. q. ▽ *e ferrar.* ad ℥vj l. x.

Injectio in uterum, tàm *hæmorrhagia nimia,* quàm *fluore albo* affectum.

℞. *visci quercini* ℥ij.
(in fluore albo *ligni sancti* ℥iij illius loco capere amant)
flor. balaust.
rosar. rubr. à Mß.
cortic. granator. ℥j.
alum.
thuris aa ℥ß.
mastich. ℥j.

Infundantur in ▽a *commun.* ℔ij:

Macerentur per 24. horas, ebulliant lento △e ad medias, addendo sub finem
vini rubr. auster. ℔j.

Colatura D. S.

Anhaltende Einsprützung.

Injectio in uterum in ejus dolore & inflammatione quæ à laborioso partu, item *doloribus & ulceribus uterinis cacoëthicis.*

℞. *HB. lactucæ,*
nymphæ aa Mj.
plantag.
scordii à Mß ad Mj.

Coqu. in f. q. *seri lactis,* vel *lactis ipsius:*

Colatura D. S.

Einsprütze Milch.

Lac sumitur, ubi scopus est temperandi dolorem; serum verò, ubi dolorem compescere voluerimus. Immittatur per metrenchitem, injiciantur unâ vice ℥ij vel ℥iij, præterpropter.

Pro injectione in uterum, vel vaginam ejus exulceratam, aqua calcis vivæ, vel sola, vel in qua simul vulneraria ebulluerint, convenit. Non omit-

omittendum neque reticendum hic est singulare *Inventum GLAUBERI*, qui habet instrumentum quoddam ligneum, quod est canalis quidam oblongus, intersùs cavus, in anteriore parte cum foramine angusto, ita, ut possit in cavitatem uteri commodè immitti: huic canali applicatur corpus rotundum pomiforme, quod aperiri & claudi potest: tali instrumento in corpore rotundo intrudit spongiam plenam ∽u ⊖is ammoniaci, vel in corpus totundum indit misturam, ex sale quodam alcalico, v.g. ex cineribus clavellatis cum ⊖e ammoniaco, & ita applicat instrumentum ad uterum, ut beneficio salis volatilis, ex sale ammoniaco penetrantis in uterum, subtili sua penetratione menses remoratos & subsidentes promoveat. Est inventum *GLAUBERO* proprium, & illi multi usus in affectibus mulierum. Injici etiam possunt tales Spiritus volatiles ex CC., urina, vel etiam ⊖ia hujusmodi; ut ex effervescentia orta subintrent uterum, & menses provocent.

GARGARISMATA.

Sequuntur nunc *Injectiones, quæ in os infunduntur*, & si simpliciter detinentur in ore, vocantur Clysmata; sin verò non simpliciter detineantur, sed beneficio ♎ris ex aspera arteria exspirati agitentur & moveantur, & ita gargarisando usurpentur, tunc vocantur Gargarismata. Fiunt frequentiùs ex Decocto appropriato, ut v.g. in principio anginæ, & inflammatione tonsillarum, ex blandè adstringentibus; in progressu ex discutientibus; in statu vel suppuratione anginæ aut inflammationis tonsillarum ex emollientibus & suppurantibus; in ulceribus oris & faucium, nec non ulceribus columellæ, ex detergentibus & consolidantibus, & similibus aliis. His pro renata adhuc alia adduntur: v.g. in Inflammatione faucium convenienter dissolvitur vel ♁ ♃um, vel ♁ benè depuratum, ita quidem, ut in ℔j decocti vel liquoris dissolvatur ℥ß ad ℥j, & raro plùs: sæpiùs etiam dissolvitur rob nucum & rob diamoron, in ℥viij vel ℔j. Liquoris horum Rob ℥j ad ℥ij: Interdum etiam dissolvitur alumen ustum in talibus Gargarismis, sed in parva admodum dosi propter vim nimis adstrictoriam, ita, ut ad ℔j vix ultra ℈j assurgere liceat. In talibus Decoctis aut liquoribus pro Gargarismis in inflammatione faucium & ariditate linguæ convenientiùs dissolvitur sal ammoniacum, ita tamen, ut ad ℔j liquoris injiciendi vix ultra ʒj ascendere liceat. Non raro etiam mel solet dissolvi in talibus liquoribus, inprimis in exulceratione faucium, ubi opus est detersione ulceris, ut in aphthis & similibus: Hujus in ℔j liquoris commodè ℥ij ad iij possunt dissolvi. Cum melle interdum aliquot guttæ Spiritus salis sunt addendæ liquori, idque imprimis in ulceribus oris & faucium scorbuticis.

Usus eorum est in affectibus gingivarum, faucium, &c. idque pro scopo vel adstringendi, vel mundificandi. Utendi modus, sive eluendo, sive gargarisando, si cum siphone injiciendo fiat, notus est: Eodem modo ut aliæ Injectiones vel Decocta in genere, aut Clysmata in specie, præscribuntur etiam Gargarismata; pro judicio tamen Medici variari, & ad partem affectam specialem certo modo applicari poterunt: e.g. sit

Gargarisma adstringens in prolapsu vvula.

℞. *HB. uvular.* (hæc specifica est) M. ij.
plantag. M j.
flor. balaust. pug. iij
Cortic. granatorum s. *Malicorij* ℥iß.
Coqv. in s. q. ▽ *comm.*
Colaturæ ℥vij. adde
alum. ℈j
Syrup. de rosis siccis ℥iß.
M. S.

Gurgel-Wasser zum geschossenen Zapffen.

Gargarisma polychrestum in faucium & oris affectibus variis, aphthis, uvulæ & tonsillarum inflammationibus, & fere gangrænosis.

℞. *HB. prunellæ*
salviæ
veronicæ
flor. rosar. rubr. à Mß.
malv. arbor. M j
rad. polypodii, querni ℥ij l. ℥iij ad ℥ß.
sem. sinapi contus. ℥j ad ℥ij.
Concisa & contusa coquantur in ▽ *simpl.* ℔ij. vel ℔ iiß.
aceti vini ℔ß.

ad casum transversi pollicis, id est, tamdiu coquantur, donec ad profunditatem pollicis transversi consumptus sit liquor.

Colaturæ levi expressione adde
sacchari
mellis à ℥iß
(Vel *horum loco*
Rob dianuc. ℥iij.
mor. ℥j.)
M. D. S.

Gurgel-Wasser.

Prodest in omnibus affectibus faucium, imò in ulceribus faucium & tonsillarum, ubi opus est consolidatione: Nam Decoctum veronicæ & salviæ est expertum remedium in affectibus faucium, si instar gargarismatis usurpetur.

Gargarisma resolvens & discutiens in principio anginæ, inflammatione faucium aut tonsillarum aliorumque tumorum.

℞. *HB. hyssopi*
salviæ aa Mj
flor. sambuc. Mij
albi Græci ℥ß.
Coqu. in s. q. ▽ vel *cerevis. secundar.*
Colaturæ ℔j vel ℔iß, adde
♎ *theriacal. camphorat.* ℥ß ad ℥vj.
sem. sinapi ℥ß.
rob dia Mor. vel dia Nuc. ℥vj.
M. pro *Gargarismate.*

Hoc Gargarisma resolvit & blandissimè adstringit: Quod si minus adstringere voluerimus, loco Rob etiam *mel* addi potest, & loco sinapi ♎ ⊖ ✱ *ci* in parva quantitate.

Aliud:

℞. *HB. melilot.*
flor. chamomillæ à Mj
sambuci Mij.
albi Græci ℥vj
passul. min. ℥ß.
sem. erucæ contusæ ℥ij
Coqu. in s. q. *Cerevisiæ secundariæ.*
Colaturæ ℔iß adde
⊖ ✱ ci ℥iß.
M. pro *Gargarismate.*

Item:

℞. *folior. malv.* Mj.
flor. sambuc. Miß.

radic.

radic. levist. ℥vj.
apii ℥iij
passul. maj. incis. ℥iß.
Coqv. in s. q. ▽æ *comm.* vel *Decoct. hordei* vase aperto:
Colaturæ ℔ iß adde
⊖ *ammon.* ʒß ad ʒj.
M. pro Gargarismate, S.

Zertheilend Gurgel-Wasser.

Gargarismus hic mutari etiam, & loco passularum majorum *Colaturæ mellis Mercurialis* ℥j ad ℥iß, ▽ *theriacal.* ℥vj ad ℥j, (aut si malignum aut contagiosum videatur malum, ▽ *camphorati* ℥ß) ∼ ⊖*is ammoniaci* ʒß ad ʒj, addi possunt.

Gargarisma suppurans inflammationem in angina & tumore tonsillarum.

℞. *HB. betonicæ,*
malvæ,
scabiosæ
succisæ à Mß.
rad. althæa
lil. alb. à ℥j
caricar. pingv. no. iv.
passul. min.
albi Græci à ℥ß
Coqv. in s. q. *Lactis* vel potius *seri lactis.*
Colaturæ ℔j adde
succ. cepar. rec. express. ℥j.
rob. dianucum ℥iß
M. D. S.

Gurgel-Wasser.

Aliud:

℞. *HB. malvæ,*
melilot. aa Mj ad Miß.
rad. alth. ℥j
ficuum. pingv. no. vj.
Coqv. in s. q. *Lactis*, aut ubi ardor & inflammatio intensior, in *sero lactis.*
Colaturæ ℞. ℔iß. ad ℔ij,
quæ vel nude ita usurpetur, vel addatur
Syrup. violar. aut *mell despumat.* ℥iß-℥ij
M. pro Gargarismate;

quod & dolorem sistit; & suppurationem promovet.

Si pituitosior aut viscidior sit materia suppuranda in tumore, vel si citius incidere & maturare volumus abscessum, saponis vel Veneti, vel communis nonnihil simul incoquatur lacti.

Observetur hic: quod in angina & similibus faucium inflammatoriis affectibus, Gargarisationes non semper sint proficuæ, cum interdum periculosæ, ne sc. per harum motum faucium inflammatio & stagnante ibidem sangvine augeatur & intendatur. Convenientius ergò est, si possumus continere tale Decoctum in ore corpore supino, & deinde exspuere, & interdum beneficio syringæ, aut per aliud instrumentum, instituere talem Gargarisationem, non verò adeò frequenter: Videatur etiam *MORELLUS de Gargarismatis*, item *SCHROEDERUS*, qui habet aliquod egregias Præscriptiones: Meretur, ut *legatur Caput de Gargarismatis & Diæ Clysmatis.*

Gargarismus in loquela amissa post paroxysmum apoplecticum.

℞. *HB. puleg.*
rorismar.
salv. à Mj.
rad. pyrethr. ℥ß. (quoniam est fortis & admodum acris, propterea in parva dosi præscribitur)
sem. nasturtii
sinapi à ℥iß.
Coqu. in s. q. ▽ *comm.*
Colaturæ ℥viij adde
Quint. Ess. Matthioli ℥iß.
∼ *cerasi nigr.*
∼ *lil. convall.*
flor. tiliæ aa ℥j.
syrup. flor. tunic.
mell. anthos. aa ℥ß.
M. D. S.

Mund-Wasser zur verlohrnen Sprache.

Aliter *in Aphonia & laryngis affectu.*

℞. *HB. majoran.*
rorismar.
salv. aa Mj.
rad. pyrethri ℥iij ad ℥ß.
sem. eruc.
sinap. aa ℥j ad ℥iß.
caryophyll. ℥j.
Coqu. in s. q. ▽ *simpl.* in vase clauso.
Colaturæ ℥x ad ℔j, adde
∼ *cerasor.* vel *baccar. junip.* ℥vj ad ℥iß
∼ ⊖ *ammon.* ℥j ad ℥iij.
mell. anthosat. ℥vj ad ℥j.
M. D. S.

Mixtur zum Munde.

Item:

℞. *HB. majoran.*
rorismar.
salv. à Mj.
flor. lil. convall.
prim. veris. à p. iij.
rad. pyrethr. ℥ß.
sem. eruc. ℥iij
Coqu. in s. q. ▽æ font. vase clauso.
Colaturæ ℔j adde
apoplect. cum castor.
carbunc. aa ℥ß.
∼ ⊖*is amm.* ℥iß ad ℥ij.
M. pro *Gargarismate.*

Item:

℞. *HB. Lavendul.*
rorismar.
salv. aa Mj.
rad. caryophyllat.
pyrethr.
galang. aa ℥ß.
Incis. & contus. coqv. in s. q. ▽ in vase clauso:
Colaturæ ℔iß adde
▽ *cinnam.* ∼ *uos.*
∼ *theriacal. simpl.* à ℥ß.
camph. ʒß.
M. S.

Wasser im Munde zu halten.

Hinc apparet, quod pro varietate affectuum etiam varia & appropriata sint dissolvenda; & ita in similibus aliisque affectibus talia sint relinquenda judicio Medici, ut non sit semper Johannes ex libro. Hæc Gargarismata pro amissa loquela diu detinenda sunt in ore, postmodum gargarisandum, si fieri potest, & exspuendum.

Scorbutus oris aliàs frequens malum est, & cruentationes in specie vel exulcerationes gingivarum infert. Hoc in casu solùm lac sufficere potest pro eluendo ore, ubi tamen & lac Medicatum paratur, decoquendo plantas antiscorbuticas in lacte vel sero lactis, & hoc Decoctum diutiùs in ore detinetur, vel eodem colluitur os: v. g. sic

Gargarismus contra scorbutum Oris:

℞. *HB. cochlear.*
salv. aa Mij vel iij.
Coqu. in s. q. *Lactis* vel *ejus seri:*
Colaturæ ℔ij adde
succ. cochl. rec. ℥ij
syrup. aquileg. ℥jv.
M. pro *Diacly smate:*

Quod assumptum aliquandiu retineatur in ore, & sic meliùs operationem suam exercere potest.

Si serum lactis sumptum fuerit, Spiritus salis ℈j vel s. q. addi poterit.

Similes effectus habet nasturtium, si coquatur in vino unà cum floribus ligustri, addito vel etiam omisso tantillo aluminis; tale enim Decoctum dentes mirabiliter juvare dicitur

Aliùs:

℞. *HB. salv.* Miß.
flor. malv. hortens. Mj.
rad. polypod. ℥ß.
Coqv. in ℔j ▽ æ font.
Colaturæ adde
Ci depurati vel *Siati* ℥iß
alumin. usti ℥j.
mellis rosat. à ℥iß.
M. D. S.

Scorbutisch Mund-Wasser.

Vel:

℞. *HB. persicar.*
pimpinell.
prunell. aa Mij.
Com. absinth. Mj
rad. polypod. quercin. ℥ß
sem. sinapi ℥ij
Incisa & contusa macerentur in ▽ *simpl.* per ☌; manè ebulliant: Colaturæ ℔iß adde
cochlear.
nasturt. per ferment. à ℥iß.
mell. despum. ℥ij. M.

Huc & *Apophlegmatismi* pertinent, qui non secus ac Gargarismata in forma liquida adhibentur; Sit. v. g.

Gargarismus Apophlegmatizans.

℞. *fol. Nicotian.* Mj.
HB. beton.
majoran. Mß.
rad. pyrethr. ℥ij
zedoar. ℥j
sem. sinap. ℥iß.
Coqv. in s. q. ▽æ & *vini* in vase clauso:
Colaturæ ℔ß vel ℥ix, adde
Syrup. de Nicotian. ℥j vel ℥iß.
M. D. S.

Abziehend Gurgel-Wasser.

Dosis est tantum, quantum os capit, & in affectibus capitis à lympha oriundis egregiè convenit.

Vel:

℞. *HB. beton.*
majoran.
origan.
rutæ à Mj.
fol. Nicot.
flor. lil. convall.
stechad. Arab. à p. ij.
rad. pyrethri
mastich. à ℥ß.
sem. sinapi ℥ij
cardam.
cubebar. à ℥j
Coqu. in s. q. ▽ in vitro clauso:
Colaturæ ℔j adde
mell. anthosati ℥ß.
anacard. ℥ij
M. D. S.

Tranck in den Mund zu halten.

Gargarismus adstringens in nimia salivatione:

℞. *HB. bistort.*
tormentill. aa Mj.
rad. symphyti maj. ℥j
cortic. Granator. ℥ß.
Incis. & contus. macerentur per ☌; manè coqu. in ▽ *simpl. Colat.* ℥jv adde
syrup. flor. tunic. ℥iij.
M. S.

Anhaltend Mund-Wasser.

Non semper opus est, ut pro Gargarismate sumantur Decocta, interdum citra laboriosam præparationem liquores varii & succi commisceantur; ut quando v. g. in scorbuto oris detergendæ sunt gingivæ & dentes, & curandæ earundem exulcerationes, & firmandæ dentes vacillantes, tunc recipiuntur ▽ æ antiscorbuticæ: In inflammatione faucium & tonsillarum, & in anginæ principio, recipitur ▽ prunellæ, sempervivi, plantaginis, & similes. Præter ▽as interdum cum iis sumitur succus quidam, qui cum ▽is dissolvitur, & ad os gargarisandum vel simpliciter abluendum adhibetur: ut quando recipitur in inflammatione faucium, unà cum ▽ prunellæ succus cancrorum fluviatilium, & succus sedi majoris, ita quidem, ut ℔ß ▽æ, ℥iij vel ℥jv succorum possint assumi: Sic Decoctum raparum siccarum in faucium inflammationibus, in incremento & statu optimum est: Lac in asperitate faucium, earumque phlogosi, cum pauco saccharo vel nitro interdum abundè sufficit. Sane in principio inflammationis faucium loco Gargarismatis domestici optimè convenit Decoctum hordei vel avenaceum, in quo parum salis ammoniaci dissolutum est: imò sola ⊡ humana calida aut calefacta loco gargarismatis adhibita, subindè artificiosissimè composita superat. *RIVERIUS* & *SCULTETUS* expertum habent Gargarisma in inflammatione tonsillarum incipiente, quod fit ex ▽ *plantaginis*, *saccharo*, *semine sinapi contuso*, uti videri potest in *SCULTETI Armamentar. Chirurg. Obs. 32.*, & in *RIVERIO Casu 4. Observ. 76.* ubi habet exemplum anginæ desperatæ: e. g. sit.

Gargarisma stypticum seu adstringens in nimia salivatione.

℞. ▽æ *prunell.*
semperviv. à ℔ß.
phlegm. ⊖*l.*
℞ *bellid.* a ℥ß ad ℥j
alum. crudi ℥ß ad ℈ij.
syrup. myrtill. vel *rosar. rubr.* ℥ß ℥j ad ℥ij.
M. pro *Gargarismate.*

Gargarisma in squalore linguæ in febribus ardentibus & malignis:

℞. ▽ *semperviv.* ℔ß.
prunell. ℥iij.
⊖ *amm. depur.* ℈ij.
julepi rosat. ℥j.
syrup. de succ. semperviv. ℥iß
M. S.

Gurgel-Wasser.

Aliud:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1382-0 DFG

Aliud:

℞. ▽ *semperviv. maj.* ℔ß.
prunellæ
succi semperviv. maj. à ℥iv
phlegm. ⊕*li* ℥ij
⊖ *depur.* ℥j.
M. pro *Gargarismate.*

Hujus aliquot cochlearia detineantur in ore, post exspuatur, & de novo assumatur.

Diacly sma in scorbuto oris:

℞. ▽ *cochlear.*
nasturt.
sedi maj. à ℥iij
℞ *laccæ* ℥j
flor. aquileg. ℥ij
syrup. flor. aquileg. ℥iij
M. S.

Wasser gegen die Mund Fäule.

Gargarisma, aut potius *Diacly sma* expertum *in putredine* aut etiam *gangræna incipiente gingivarum scorbutica*, *ad imitationem* ℞ *laccæ Mynsichthi.*

℞. *lapid. medicamentos. Crollii* ℥j
▽ *cochlear.*
sedi min. à ℔j ad ℔iß.

Coqu. & Colentur: Colaturæ infundantur,
flor. aquileg. pug. iij.
gumm. laccæ ℈iß.
alum. usti ℈j
stent in Infuso per 24. horas: postmodum filtrentur, D. S.

Zahn-Wasser.

Commendatur valdè, & singularis est effectus in affectibus dentium scorbuticis.

Præter dicta Decocta oti infundenda, quædam etiam naribus applicantur, nempe Errhina in forma Decocti interdum usurpanda: Sit v. g.

Decoctum Errhinum.

℞. *flor. lil. convall.*
HB. majoran. à Mß ad Mij.
Nicotianæ Mß.

Coqv. in f. q. ▽*æ* & *vini* in vase clauso:
Colaturæ ℥vj adde
⊕*li albi* gr. xij ad gr. xv. & ℈j.
M. D. S.

Abziehende Mistur zur Nase.

De hoc ex manu tantillum abstrahatur in nasum in Coryza & aliis affectibus.

Aliud *Mistura ptarmica exemplum.*

℞. ▽ *majoranæ* ℥ij.
⊕*l. albi* ℈ß.
Dissolutum filtretur, S.

Abziehend Nasen-Wässerlein.

De hoc aliquot guttæ ex cava manu insufflentur in nares: vis mirabilis est in evacuandis naribus. Verùm non nimis copiose attrahatur, alias Cephalalgiam aut Coryzam causatur:

Pertinet huc Injectio in nares in nimia earum hæmorrhagia: vid. M. A. N. C. ann. 2. Observat. 223. pag. 323, in quem narium usum de facili Decoctum Magistrale præscribi posset, simile decantato illi *liquori styptico de la Vigne Galli*, v. g.

℞. *alum.*
⊕*li* aa ℥j
phlegm. vitrioli ℥j ad ℥iß.

Ebulliant ad dissolutionem contentorum: Liquor filtratus ∽ ⊕li aliquot guttis adhuc acidulatur, S.

Blutstillendes Wasser.

Vel pro Mistura extemporanea:

℞. *Phlegm.* ⊕*li*, ∽ ⊕*li nonnihil acidulata* ℥iß ad ℥ij
alum. crudi ℥ß.
⊖ ⊕*li dulc.* gr. xv. ad ℈j.
M. S. ut *antea.*

Injiciantur naribus.

Sed forsan ▽ per se rectificatus naribus paulò profundius injectus omnibus his præstat: siquidem ab illo quivis sangvis fluidus, etiam calidus & adhuc recens, mirabili cum spectaculo coagulari solet. Conf. etiam *WILLISIUS Pharmac. Rational. part. 2*, & *Act. Med. Hafniens. Vol. 2. pag. 353.*

Pro auribus denique similes *Injectiones* fiunt, nunc laboriose ex Decoctis, nunc simpliciore modo concinnatæ.

Liquor, qui est injiciendus in affectibus aurium, est varius: in genere succus vel simile appropriatum auribus instillatur, ut v. g. injicitur succus absinthii, vel solus, vel permistus cum Syrupo absinthii, vel permistus cum melle rosaceo instillatur in ulceribus aurium: instillatur una & altera gutta, & denuò exterguntur aures. Vel assumitur loco liquoris non raro ▽ appropriata, v. g. in surditatibus aurium valdè commendatur ▽ cardui benedicti & castorei, si aliquot guttæ instillentur; item si essentiæ castorei & essentiæ cardui benedicti una alterave guttula instilletur auribus. Quo pertinet Spiritus acuisticus Mynsichthii, vel spiritus acouisticus Mindereri, qui sunt instillandi ad aliquot guttas in aures. Non raro loco liquoris assumitur sola urina pueri, vel phlegma ∽ urinæ elicitum per alembicum, cujus aliquot guttulæ instillatæ crebriùs, sunt egregii usus in ulceribus aliisque affectibus aurium pro absterstione & munditicatione: Item lactis communis ℥ii, miscent cum mellis ℥j, & instillant, vel cum instrumento injiciunt in aures purulentas & sordidas in infantibus, in quibus sunt frequentes; imprimis post variolas solet sequi surditas infantum: Sic *FORESTUS* habet exemplum de puero, post variolas surdo facto, qui cum per tres annos sordida & fœtida per aures excreverat, curatus fuit cum succo ceparum & Rhodomelite instillato vel injecto.

Sæpiùs adhibentur Decocta appropriata pro aurium affectibus, ut quando v. g. in vermibus aurium recipitur Decoctum absinthii, item Decoctum cardui benedicti, & in tali aliquo decocto dissolvitur Electuarium hieræ picræ, vel species hieræ picræ, & hæc mixtura injicitur vel instillatur in aurem; tunc facilè & promptè solent expelli vermes: Item, quando in tinnitu aurium, vel etiam in aurium surditate injicitur Decoctum Rondeletii expertum, cui hæc est Compositio:

℞. *rad. helleb. alb.* ℥iij
fol. lauri
rutæ à Mß.
fraxini Mj

F. *Decoctum* in *vino Malvatico* vel in *Vino albo.*

Vel fiat Decoctum in oleo amygdalarum amararum, quod Decoctum colatur, postmodum injiciatur per aliquod instrumentum, per siryngam, vel instillatur in aurem ad tollendam surditatem, & corrigendum tinnitum: Sic *Injectionem contra vermes* ex Decocto videbitis in *Barbette Anatom. Pract. l. 2. c. 1. pag. 110.* In malo verò graviori

℞. *radic. aristoloch. rot.*
cortic. Granat.
gallar. à ℥ß.
Coqu. in ana *vini* & ▽ *a ferrariorum* ad ℔ß.
Colaturæ adde
succi plantag.
polygoni à ℥j.
mell. rosat. ℥ß.

M. & injiciantur pro detersione & cicatrisatione: Sin potentius detersivum requiratur, ⊕li parum, v.g. ℥ß ad ℥ß addi, & repetita colatura adhiberi potest.

Quod si postmodum tale fuerit injectum, semper auris munienda est apposito cotone vel bombace, æquè repleto vel aliquot granis ambræ, vel aliquot granis moschi: Est enim talis bombax, vel moschatus vel ambratus; in quibuscunque aurium affectibus, si semper eodem aures muniantur, conveniens.

Quoad quantitatem talium injiciendorum in aurem, cum parum, & saltem aliquot guttæ injici queant, propterea ad ℥j vel ℥ij rarò præscribuntur, sed in ℥vj vel ℥j subsistitur, habito tamen respectu, an rarius, an verò frequentius repetenda injectio? quod relinquendum est judicio Medici.

His ipsis in Decoctis & ▽is infundendis interdum *dissolvitur* mel pro abstersione in ulceribus; interdum castoreum in gravitate auditus & tinnitus; interdum dissolvuntur essentiæ quædam acuisticæ ex asaro, helleboro nigro, colocynthide & similibus: quæ ipsa pro varietate effectuum sive efficaciæ prout sunt vel fortiora vel minus fortia, in minori vel majori dosi præscribuntur: Essentiæ ℥j ad ℥ij commodè dissolvitur in ℥j liquoris; item mellis: Sic in inflammatione aurium commodè instillatur vel injicitur succus expressus sedi majoris, in quo dissolutum fuit tantillum ☿i depurati: dico tantillum; quoniam impossibile est, omnia determinare, unde pro varietate circumstantiarum judicium ferendum est à Medico. Sed hæc pertinent ad specialem Materiam medicam de affectibus aurium.

Hæc fuerunt Decocta & alia Externa, cavitatibus corporis naturalibus injicienda: sequuntur nunc

INJECTIONES IN CAVITATES PRÆTERNATURALES,

Quæ sunt *Sinus & Fistulæ.*

Quantitas liquoris injiciendi pro ratione ulcerum & aliarum circumstantiarum potest esse nunc fusior, nunc parcior. Injectiones hæ fiunt ex Decoctis Vulnerariis, in specie ex Decocto Nicotianæ, aristolochiæ rotundæ, hyperici cum myrrha, aloë & ▽; talia enim Decocta mirificè depurant sinus & fistulas: iisdem commodè admiscetur ▽ calcis vivæ, quæ est singularis & experta in talibus casibus. Decoctum hederæ terrestris cum Vulnerariis, in quibus dissolvitur mel rosatum, vel aliquantulum aluminis, singulare est in talibus casibus.

Injectio est vel frequentior vel rarior, prout urget affectus, & hæc ex speciali Chirurgia discenda sunt, e.g. sit

Injectio in ulcus & abscessum profundum, sinuosum:

℞. *HB. Veronicæ,*
fol. Nicotianæ à Mj.
Coqu. in s. q. ▽ *a calc. viv. cum* ▽ *plantag. facta.*
Colaturæ ℥x adde
☿ *dulci* ℥j ad ℥iß vel ℥ij.
camphor. ℥ß.

M. D. S.

Ausserliche Reinigung/
oder
Ausserliche Einspritzung.
oder
Vermischtes heylendes Wasser.

FOTUS.

Cæterùm hæc aut similia Decocta externa, aut eorundem saltem Ingredientia, simili modo præscripta, non rarò externè sub nomine *Fotuum*, der Bähungen / applicantur, quia eisdem pars affecta suaviter afficitur, & blandè quasi fovetur & fomentatur. Alia saltem, quæ ad gratiam illis adduntur, in his omittantur: Et quidem tribus modis adhibentur:

1. Quando ex eorundem Decocto saltem evaporans halitus ac suffitus parte affectâ excipitur, dicitur *Fotus vaporosus*;

Vel

2. Quando ipsum Decoctum cum linteis multiplicatis, spongia (non cum vesica; nihil enim substantiæ medicamentosæ hanc penetrat) applicatur, & dicitur *Fotus humidus*;

Vel

3. Quando eadem Ingredientia sacculo lineo interpassato includuntur, uno vel pluribus, qui vel probè calefactus siccus, vel saltem Spiritu quodam penetrantiore irroratus, probe tamen calefactus, vel prius in ▽, vino vel lacte, aut alio liquore conveniente coctus, adeoque humidus, calide ita applicatur, & in genere *Fotus siccus*, item *Sacculus* appellatur.

Quoad Fotum vaporarium, quando instar vaporis applicatur Decoctum, hic fit ex Decocto appropriato, aut aliquo liquore, & hinc speciebus appropriatis affectui, uti reliqui Fotus & Decocta, & usitatissime instituitur in uteri & ani affectibus: v.g. in dolore uteri, mensibus obstructis & similibus, in tenesmo, in dolore ani, hæmorrhoidibus cœcis, tumentibus & dolentibus, & similibus aliis. Decoctum calidum ponitur in sellam probe tectam, & æger vapori istius Decocti insidet, ut ano insidentis recipiatur vapor, qui exhalat: Sic in alvo duriore laudant suffitum ex rapis exsiccatis.

Sit, e.g. tale *Vaporarium in Tenesmo dysenterico,* qui affectus est horrendus.

℞. *HB. plantag.*
fol. quern.
flor. verbasci à Mj.
sem plantag. ℥iij
thuris ℥ij.
Coqu. in s. q. ▽ *ferrariorum*, vel coqv. *in lacte,* aut excipiatur vapor per sellam perforatam.

Istæ species insuantur sacculo, qui adspergatur aceto, & applicetur ano post exceptum Vaporem.

℞. *HB. linar.*
verbasc. à Mj.
flor. chamom.
verbasc. à Mij.

Inci-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1384-2 DFG

Incisa dentur ad chartam S.

Species zur Bähung.

Coquantur in *lacte*, & æger in sellæ perforata decocto ferventi insideat, & fumum exsurgentem ita excipiat; Vel

Incisa coqu. in s. q. *lactis chalybeati*: *Colatura* ℔iij D. S.

Eusserliche Behung.

Decoctum hoc calefactum cum linteis multiplicatis eidem immersis, & leniter expressis frequenti repetitione parti affectæ applicatur; Vel

Incisa includantur *sacculo interpassato laxiori*. D. S.

Säcklein zur Behung.

Hic vel calefactus ita siccus applicatur, unde tamen in hoc casu parum alleviamenti sperandum; vel lacti incoctus, & leniter expressus, calidè admovetur, aliquoties hoc ipsum reiterando.

Fotus in forma suffitus *contra nimium hæmorrhoidum dolorem.*

℞. *HB. linar.* (est appropriata in tali casu) M ij
flor. verbasc. M ij (vel *horum & chamom.* à M j.)
sambuc. M ß.
rad. scrophular. ℥ vj
sem. fœnu græci
lini à ℥ ij ad ℥ j
Incisa & contusa. D. S.

Species zur Bähung.

Coqv. in s. q. ▽ l. *simpl.* l. *ferrar.* aut in *lacte*, cujus vapor in sella perforata excipiatur ano, & æger denudatis posterioribus supersedeat.

Quod si frigefiat, immittatur aliquod corpus fervidum, v. g. *ferrum candefactum*, *lateres candentes*, frustula *silicum ignitorum*, postmodum species decoctionis sacculo inclusæ applicentur calidè loco dolenti, vel in sicca forma, vel immersi prius in *lac decoctionis*, cui etiam linteamina immitti, & sub forma fotus humidi applicari possunt.

Ubi talia Vaporaria instituuntur pro usu mulierum, præcipitur semper, ut vapor excipiatur per infundibulum pro stimulandis mensibus: Commodè simul possunt addi Vegetabilia, v. g. sabina, matricaria, nepetha, pulegium, radix bryoniæ, levistici, & similes aliæ plantæ.

Observetur: ut excipiatur vapor per infundibulum in affectibus uterinis.

Alius *Fotus Vaporosus* tribus rationibus polychrestus, *ad promovendos menses*, *lochia*, & *fœtum mortuum.*

℞. *HB. sabinæ* M ij
matricar.
puleg. à M j.
pom. colocynth. no. ij, vel ℥ j ad ℥ ij ß.
bacc. junip. ℥ ij ß ad ℥ ij (vel *harum* & *baccarum lauri* à ℥ vj ad ℥ j.
Incidantur grosso modo. D. S.

Species zur Behung.

Hæ ipsæ vel coquuntur in ▽ *communi*, cujus vapor fervidus exhalans excipitur per infundibulum in sella undique clausa, idque aliquandiu continuando & crebriùs repetendo; Vel eædem species sacculo oblongo post coctionem inclusæ, & post fotum hunc vaporosum regioni abdominis hypogastricæ applicari possunt; vel siccæ irrorantur oleo destillato succini, ex iisque paratus sacculus probè calefactus imponitur; Vel Decocto exinde parato immerguntur linea, & tepidè imponuntur.

Quoad *Fotum humidum*, in hoc consideranda:

1. *Liquor*; in quo fit Decoctio
2. *res* seu *materia* in liquore decoquenda.

Liquor interdum est *simplex*, ut nihil in illo decoquatur; interdum aliquid decoquitur, estque primò *aqua calida*; quando quædam pars dolens, aut pars quædam quasi contracta & corrugata fovetur cum ▽ calida, ut fiat denuò laxa & flaccida. Talis Fotus cum ▽ simplici, cum linteis duplicatis, triplicatis aut quadruplicatis, vel cum spongia applicatus, usitatus est in affectibus abdominis flatulentis, cùm ▽ calida soleat discutere flatus & fovere spiritum insitum.

Interdum cum ▽ permiscetur *Vinum*, ubi opus est, ut pars corroboretur unà cum fotu; dum enim ▽ blandè laxat, efficit partes duras molles, vinum seu partes vini subtiliores sese insinuant, & partes confortant.

In doloribus partium quibuscunque usitatissimum est, ut partes foveantur cum lacte, imprimis si haberi potest, cum muliebri. In genere omne lac vim habet anodynam & dolorum sedativam: propterea tale lac calefactum usitatè cum linteis duplicatis aut triplicatis usurpatur, & sic partes dolentes foventur. Et lac vel solum est sufficiens in doloribus artuum, in quibus instar fomenti applicatum solet compescere dolorem.

In doloribus capitis scorbuticis *Fotus ex lacte caprino & muliebri* præscribitur, ut subinde singulis dimidiis horis admoveatur capiti; in talibus enim casibus non tantum cephalalgia & acrimonia seri scorbutici temperatur, sed præterea à lacte muliebri suavis fotus inducitur. Et cum alias cephalalgiæ soleant intendi ab usu lactis, in talibus tamen scorbuticis compescitur dolor, & egregiè sistitur.

Ubi pars tensa est & indurata & quasi contracta, tunc usurpatur oleum pro fotu, sive simplex, sive permistum cum ▽, & tunc vocatur *Hydroleon.*

Non rarò pro fotu usurpatur *Lixivium*, ubi fortiter discutiendum & attenuendum est: Hoc enim cum constet ex ⊖ibus alcalibus fixis, ratione istorum salium facilè penetrat, & collectos humores reserat, reseratos dissipat, & fortiter discutit: Talia lixivia commode usurpantur in tumoribus serosis & œdematosis discutiendis, in tumore scroti aquoso, item etiam hernia aquosa: Tale lixivium commode applicatur abdomini in ascite, tympanitide, in qua potenter discutit flatus: In specie autem usurpantur lixivia pro fotu aut lotionibus capitis, de quibus postmodum: & fiunt talia lixivia communiter ex cineribus sarmentorum vitis, ex cineribus genistæ, ex cineribus stipitum fabarum, ex fimo columbino calcinato, & similibus aliis.

Attenda autem est *quantitas liquorum & specierum*, quæ pro ratione partis & usus admodum variat: & deinde considerandum tempus pro fotu; an crebrò: an rarò fomentatio instituenda? sic in oculo non tanta requiritur quantitas liquoris pro fotu, quàm in ventriculo aut abdomine; item major requiritur quantitas pro fotu sæpius reiterando, quamquidem de die semel vel bis repetitur applicatio, e.g.

Liquoris pro fotu oculorum sufficiunt ℥ ij, iij, jv ad ℥ v l. vj.
ventriculi ℔ j vel ℔ ij ß.
abdominis plus, usque ad ℔ iij; quoniam in talibus partibus majoribus sæpius reiterandus est Fotus.

Cæterùm præter hos liquores simplices usitatissime accipitur liquor compositus sive certum Decoctum, quando v. g. in ▽, vino, aceto, lacte, lixiviis & similibus decoquuntur certa Vegetabilia composita.

In

In sacculis species sufficiunt, v. g.
pro capite ℥ij l. iij.
stomacho ℥iij vel jv.
abdomine plus.

Sit e. g. *Fotus in ventriculi affectibus:*

℞. *HB. menthæ,*
melissæ,
puleg.
Com absinth. à Mj.
flor. cham. Rom.
rosar. à p. iij.
rud. calami aromat. ℥ß
angel.
levist. (imprimis, ubi adsunt flatulentiæ) à ℥ij.
mastich. ℥iij

Incisa & contusa D. S.

Species zur Behung.

Vel

Incisa & contusa coqu. in s. q. *Posca pro Fomento ventriculi.*

In tale Decoctum intinguntur vel spongia, vel linteum duplicatum, calidè applicatur regioni stomachali, & singulis dimidiis horis repetitur: Valdè conveniens est talis fotus in talibus stomachi morbis.

Posca vocatur Mixtura ex ana ▽æ & *aceti*; & quidem usurpatur externè in nausea, vomitu cholera, & similibus stomachi affectibus.

Commodè etiam in doloribus abdominis gravioribus, in specie dysentericis, tales species decoquuntur in lacte, & explicantur externè: e.g sit

Fomentum in Dysenteria.

℞. *HB. anserin.*
centumnod.
equiseti,
fol. plantag.
symph. maj. à Mj.
sem. plant.
sanguisorbæ à ℥iij.

Coqu. in s. q. *lactis:*

Colatura D. S.

Behung gegen die Schmertzen.

Vel, si non volumus ut coquantur in Pharmacopolio, D. S.

Species zum bähen.

Et coquendæ sunt à domesticis ægri.

Fotus contra Tenesmum.

℞. *HB. cicut.*
portulac.
fol. Giosc. à Mj
flor. verbasc. p. ij.
chamom.
malv. arbor. à p. j.
sem. fœnugr.
lini
papav. alb à ℥vj.

coqu. in s. q. *lactis bubuli.*

Colaturæ ℔iß. applicatur ano cum linteis duplicatis, D. S.

Linderende Bähung.

Fotus in Colica:

℞. *summit. anethi* (ita n. præscribitur anethum.)
HB. ruta.
fol. lauri, à Mj vel ij.
flor. cent. min.
chamom. Rom.
sambuci à Mß vel Mj.
rad. angelic.
levistic. à ℥iß ad ℥ij
baccar. juniper. ℥ij.
lauri (pro discutiendis flatibus) ℥j.
sem. anethi
carvi
cumini aa ℥iij, vel 4. *calid. maj* à ℥ij.

Concisa & contusa M. D. S.

Species zur Behung.

Tales species coquendæ sunt postmodum in ▽ *simpl.* aut etiam addendum est ipsis aliquid vini, in fine præprimis Decoctionis, vel coqu. in puro vino. In acrioribus doloribus additur tertia vel quarta pars olei decocto, postmodum in decoctionem factam intingenda sunt lintea duplicata & quadruplicata, & sic singulis horis quadrantibus, aut singulis dimidiis horis applicanda abdomini; & subitò applicatio reiteranda, desuper laterem calefactum imponendo.

Usus hujus est in tympanitide, colica, doloribus post partum, mensium fluxu doloroso, &c.

Fotus in affectibus splenis.

℞. *HB. ceterach.*
scolopendr. à Mj.
flor. genist.
tamariscæ à p. ij.
rad. filicis (quæ est basis) ℥ij
cort. fraxini
tamarisci, à ℥ß vel etiam ℥vj.

Coqu. in s. q. ▽ *commun.*

Colaturæ ℔j adde
aceti cappar. ℥iij.

Eusserliche Behung zur Milz.

Applicatur vel cum spongia, vel cum linteis in se invicem convolutis.

Fomenta talia in affectibus hypochondriorum flatulentis sunt satis usitata, & tunc cum linteis oblongis applicantur utrique lateri sub hypochondriis, & præscribuntur ad ℔ij vel ℔iij, ut sufficiant, pro conveniente tempore à Medico proposito.

Fomentum contra grumos lactis in mammis coagulati:

℞. *HB. menthæ*
flor. chamom.
lil. alb. a Mj.
rad. apii ℥ß
semin. coriandri
cumini à ℥ij

Incisa & contusa ebulliant in *posca s. oxycrato*, i.e. *mixtura ex* ▽ *& aceto.*

Decocto immergantur lintea, & calidè repetitis vicibus mammæ admoveantur.

Fotus humidus in contusione aut livore oculorum.

℞. *summit. hyssopi floresc.* Mj.
cyani Mß.
rad. symph. maj. ℥vj
sigill. Salom. ℥iij

Coqu. in s. q. *vini:*

Colaturæ ℥jv, v, l. vj adde
℣ *camphorat.* ℥ß ad ℥vj
M. D. S.

Eusserliche Behung zu denen Augen.

Per linteum triplex intinctum calidè oculo admoveatur.

Basis sunt radix symphyti majoris & sigilli Salomonis adjecti sunt flores pro scopo præcavendi inflammationes.

Fotus Chirurgicus circumligandus membro, v. g. *post fracturam, luxationem, distorsionem,* &c. antè & post repositionem.

℞. *summit. hyperici floresc.* Miß.
HB. beton.
chamom.
rorismar. à Mj.
rad. aristoloch. rot. ℥vj
symph. maj. ℥iii ad ℥ß.
sem. 4. calid. maj. à ℥iß.
Coqu. in ▽ *simpl.*
Colaturæ ℔iß adde
vini infusi salvia s. flor. hyper. ℔ß.
M. D. S.

Eusserliche Kühlung.

Applicatur cum linteis multiplicatis, circumvolvendo invicem.

Basin constituunt radices; & quidem ubi major adfuerit contusio, ibi augmentanda est dosis radicis symphyti majoris; ubi verò levis, augeatur radix aristolochiæ rotundæ: stimulus sunt summi tales hyperici. Notandum autem: in vino malè coqui, quia vini spirituositas est maximè volatilis & facilè exhalat; unde rectius additur infusio vini. Quod si dolores nimis urgeant, *capita papaveris* vel *Laudanum opiatum* inseri possunt.

Quin Mineralia etiam sæpè adduntur: v. g. sit.

Fotus humidus contra erisypelata.

℞. *flor. sambuc.* Mij
lithargyr. ℥vj
myrrh.
oliban. aa ℥ij
Pulverisata coquuntur in
vini part. ij.
aq. part. j.
Colaturæ adde
Camph. ℥j.
M. D. S.

Kühlender und zertheilender Umbschlag.

Calidè cum linteis applicetur, & si libuerit, optimè quoque huic Fotui *crocus* additur, qui lenit dolorem.

Imò ex Regno animali adduntur subinde; e.g. sit

Fotus pro scroto intestinis repleto in hernia.

℞. *sterc. ovilli* q. v.
Coqv. in s. q. *lactis caprilli* vel *vaccini:*
Colatura cum *linteis* fomentatur scrotum aliquandiu tepide: postquam verò sufficienter fomentatum, ipsa remanentia Decocti desuper instar Cataplasmatis applicari potest; ita partim anodynum, partim emolliens, partim & discutiens est.

Sicuti aliàs sacculus ex stercore asinino cum aceto subacto, pubi impositus, crebriùs reiteratus, in hæmorrhagia uteri nimia egregius est.

SACCULI.

Ad *sacculos* jam nobis est progrediendum, qui sunt nihil aliud, quàm Vegetabilia contusa & concisa, in sacculo lineo conclusa; qui vel ita sicci applicantur parti affectæ, vel prius humectati aut decocti in liquore conveniente applicantur convenienter.

Materia, ex qua fiunt sacculi, sunt Vegetabilia quæcunque, quæ incisa & contusa præscribuntur; & quidem quantitas Vegetabilium pro quantitate sacculorum majori vel minori variat: Deinde attendendum: an unus, vel duo præscribendi veniant sacculi? ut ita pro varietate sacculorum etiam quantitas plantarum præscribendarum sit determinanda. Materia hæc inditur in sacculum interpassatum s. interpastatum, seu qui hinc inde est intersutus, ne species in sacculo mobiles hinc inde possint relabi; sed sit æqualiter repletus sacculus.

Qui etiam sacculi variæ sunt figuræ, non tàm in quantitate, quàm in figura: Quidam sacculi sunt tàm quadrati, qui applicantur ano in tenesmo, quàm rotundi, qui applicantur abdomini in colica, dysenteria, & aliis intestinorum affectibus; quidam triangulati in stomachi affectibus, & sic pro aliis partibus applicandi.

Rectè monet *MORELLUS*; quod materiâ, si includenda, interdum sit torrenda; id quod imprimis locum habet in sacculis cephalicis confortantibus ex milio & sale communi; qui cùm efficaces sint per se, efficaciores tamen solent esse, si torreatur sal & milium, antequam includantur sacculo.

Altera cautela est, ut, si pulverisari debeant minute Ingredientia, pulveres tales excipiantur bombace, vel inspergantur cotoni, uti habemus de cucuphis; & sic talis coton pulveribus repletus includitur sacculo, vel linteo obducitur, ut fiat sacculus confortans. Hic sacculus interpassatus & consutus, sive sit simplex, sive sit duplex, *applicatur* vel *siccus vel humidus: Siccus* applicatur faciei conveniente. Sacculi humidi prius irrorantur vel irrigantur in liquore appropriato, aut in ▽ calida, ubi opus est, ut emolliatur & discutiatur, vel cum ▽ aceto mista, ubi opus est penetratione & adstrictione. Sacculi stomachales, antidysenterici contrà tenesmum, &c. non rarò nudi à calore △ incalescunt, & sicci applicantur partibus affectis, uti fit in sacculo applicato capiti in cephalalgia.

Usus sacculorum est varius; pro varietate enim Ingredientium variat. In genere possunt præscribi pro usu calefaciendi partes, pro usu attenuandi, resolvendi, & dissipandi flatus, item ad robur parti conciliandum, ad leniendos dolores, & similes alios usus. Sacculi, qui applicantur capiti, convenientes sunt in affectibus catarrhalibus, in doloribus capitis à causa frigida, imprimis in senibus, in inundatione cerebri à copiosa lympha, & inde orto torpore, & operatione animalium cessatione: Sic applicantur in pleuritide sacculi emollientes & discutientes, & quantum fieri potest, sangvinem congrumatum resolventes: In affectibus flatulentis hypochondriorum, item in colica & similibus morbis, convenientissimè applicantur sacculi: In dysenteria applicantur sacculi cum appropriatis adstringentibus coctis in aceto: item in tenesmo dysenterico fructuose applicantur sacculi.

In genere varii sunt sacculi: sicuti simplicia, ex quibus fiunt, sunt varia.

Quantitatem sacculi præscribit magnitudo partis, sic quantitas sacculi quantitatem ingredientium, vid. *MORELLUS.*

Sit ergò præscribendus

Sacculus pro stomacho in nimio Vomitu.

℞. *comar. absinth.*
HB. menth.
flor. rosar. rubr. Mij
rad. acori veri
levist. à ℥vj
cyperi rotundæ
galangæ à ℥ij.
caryophyll.
nuc. mosch.

macis à ℈ij ad ʒij
flaved. cort. citr. ℥ß
mastich. ℥ß ad ʒvj

Incisa & contusa includantur *sacculo interpassato* in forma oblonga vel triangulari qui applicatur vel per se calidus, vel calefactus irroratur cum *vino Malvatico vel Rhenano*, & calide imponitur stomacho, vel incoquitur *vino* vel *aqua* vel *aceto*, & ita coctus fervide applicatur stomacho, pro leniendis ejusmodi affectibus.

Sacculus contra nauseam & Vomitum.

℞. *HB menthæ*
serpilli à Mij
rad. angel. ʒj
piperis utriusque ℥ß.
caryophyl. ʒij

Concisa & inclusa *sacculo interpassato quadrato.* D. S.

Stillendes Säcklein.

Sacculus hic in vino probe calido maceratus, applicetur calide regioni stomachali.

Alius *sacculus pro ventriculo.*

℞. *HB menthæ* Mij
nuc. moschat. ℥ß.
caryophyllat. ʒij.
cinnam
macis à ʒj.

F. *pulvis*, qui excipiatur *cotone*, & includatur *sacculo interpassato rotundo*; irroretur largiter ℣u *theriacali*, vel *oleo destillato menthæ* ac *baccar. junip.* D. S.

Magen-Säcklein.

Sacculi contra dysenteriam & Tenesmum: quos aliquoties felicissime præscripsi, & quidem *RULANDI* sunt hi:

℞. *folior. querc.*
furfur. à Miij
flor. chamom. vulg. vel *Rom.*
verbasci à Mij

Concisa includantur *sacculis duobus interpassandis*; quorum unus major sit rotundus, alter vero minor quadratus oblongus sit. S.

Stillende und Anhaltende Säcklein.

Sacculi hi in aceto calido macerati applicantur umbilico & ano: rotundus quidem umbilico; oblongus vero podici & tales sacculi in dysenteria mira faciunt; uti testari possum, ita, ut denuò incalescant in ▽ & aceto, & applicentur.

Sacculus in tenesmo.

℞. *HB. linar.*
verbasc.
flor. cham.
verbasc. à Mj.

Includantur sacculo S.

Schmerzstillende Säcklein.

Coqu. in *lacte chalybeato*, & deinde fervide ano applicetur.

Sacculus contra colicam:

℞. *summit. anethi*
HB calaminth.
menthæ
fol. lauri
flor. chamom. Rom.
sambuci à Mß.
avenæ torrefactæ
milii torref.
Ois comm. torref. à Mj
cortic. aurant. ʒvj
bacc. junip.
laur. à ʒiij
sem. anisi,
cumini,
carvi,
fœniculi, aa ʒij

F. l. a. *Sacculus interpassandus*, qui immergendus est in ▽*m calidam*, & ita admovendus; vel adspergendus cum *vino Rhenano aut* ▽, & ita applicandus abdomini.

In debilitate virium non raro præscribendi sunt *sacculi ad pulsus*, qui immersi in vinum generosum, vel in ▽m cordialem applicantur pulsibus, aut irrorentur ▽ carbunc. spiritu lil. convallium, aceto liliorum convallium, spiritu melissæ &c.

Tales in parva dosi solent præscribi, hoc modo:

℞. *flor. borrag.*
buglos.
caloid. à p. j
flaved. cort. citr. rec.
species. cordial. temperat. à ʒiß.
ras. ligni. rhodii ℈j
aloes ℈ß.

M. F. *Sacculi* no. ij. D. S.

Puls-Säcklein.

Qui applicantur vel immersi in ▽ carbunculi, vel irrigantur jam dictis liquoribus, pro varietate affectuum.

Sacculus contra dolorem capitis contumacem aut *hemicranium* à causa externa, in specie à frigore: item *in contusionibus* aliqualibus *capitis*, usitatus & commendatus.

℞. *summ. anethi*
HB. verben.
flor. chamomill. à Mj.
Ois comm. decrep. ℥iv.
milii parum cocti ℔ß.
rad. rhodii ʒj

M. F. *Sacculi rotundi interpassati* no. ij. D. S.

Eusserliche zertheilende Säcklein gegen die Hauptschmertzen.

Probè calefacti applicantur capiti, & imprimis valdoperè conveniunt mulieribus in doloribus capitis fixis, qui dicuntur ex utero; item, qui oriuntur à causa frigida, sive dolor occiput, sive sinciput occupet, qui est gravativus, distendens & lancinans; in tali casu præscriptus sacculus non potest satis commendari à *LINDANO in suis Scriptis.*

Sacculus contra odontalgiam & tumorem malæ.

℞. *flor. chamom.*
sambuc.
pulv. rad. irees Florent. ℥ß.

Incisa aspergantur ℞ *papav. express.*

Includantur *sacculo interpassato*, D. S.

Eusserliches Säcklein.

Qui calefactus probè, ita imponitur, & subinde recentatur.

Sacculi contra sanguinem in utero grumosum, ex Lochiorum suppressione:

℞. *HB sabinæ* Mij
artemis.
puleg.
flor. cheiri
sambuc. à Mj.
chamom. Rom. M. ij.
rad. valer. ʒvj
alcannæ
bacc. juniper. rec. aa ʒij
lauri ʒj.

Incisa & contusa includantur *sacculis duobus rotundis interpassatis.* D. S.

Zertheilende Säcklein.

Saccu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1388-5 DFG

Sacculi ebulliant in ▽ & vino, & vicissim applicentur.

CUCUPHÆ.

Pertinent huc etiam *Cucuphæ*, quæ sunt sacculi Cephalici, in senibus præprimis usurpandi, qui facillime à frigore læduntur. Mitris sc. quas capiti imponunt, aromatum species cum gummatis, resinis, similibusque inserunt: quibus interdum pro ditioribus additur moschus & Ambra: omnia vel grosse, vel minutim pulverisata, cotoni vel bombaci induntur & includuntur sacculo rotundo, intus paulisper concavo, ita, ut totam capitis peripheriam ambiat, vel mitra seu capitio, ut continuò in capite gestentur. Et tales cucuphæ multum in subjectis frigidis & senibus conveniunt; sicuti in senibus tantum præscribuntur iis, qui laborant vertigine, catarrhis, & iis qui laborant mentis & memoriæ hebetudine, & similibus affectibus senilibus, qui senes solent ingruere. Sed rarò usurpantur, & in desuetudinem ferè abierunt.

Si tamen ab ægro, catarrhis obnoxio, desiderentur, sequenti modo præscribendæ:

℞. *fol. beton.*
majoran.
origan.
rorismar.
flor. anthos
lavend.
rosar. moschat.
stoch. Arab. à p. ij.
Sandarac. (appropriatum contra catarrhos) ℥ß
succin. pulveris. ʒij
mastich.
thur. aa ʒj
benzoes,
styrac. à ʒß.
caryoph.
cinnam.
nuc. mosch. à ℈j.

Incisa & contusa, ac grosso modo pulverisata excipiantur *cotone*, & fiat cum *panno sericeo interpassato Cucupha* S.

Haupt-Mützlein gegen die Flüsse.

Interdum nuce tantùm præscribuntur species à domesticis ægri præparandæ, ut ita usurpentur,

Vel:

℞. *HB basil.*
serpill.
fol. major.
ror. mar. à Mß.
flor. anthos
lavend. vel *prim. veris* à p. ij
thuris ʒij
Benzoes
styr. calam. à ʒj
caryoph.
macis à ʒß

Incisa & grossè contusa adspergantur
℞ *destillato major.* gtt. vj.
lign. Rhod. gtt. iij.
M. D. S.

Species zum Mützlein.

Excipiuntur *cotone* seu *bombace*, & insuuntur mitræ pro affectibus senum.

Sit unum adhuc exemplum, præscribendum seni catarrhoso; ubi observetur:

1. Quod cucuphæ meliùs conveniant, si, abrasis capillis, capiti imponantur.
2. Quod ante usum cucupharum cortex irrorandus veniat aliquot guttis olei destillati succini.

Sit ergò Exemplum tale:

℞. *fl. anthos.*
lavend.
lil. convall.
salv. à p. iij
succin. pulveris. ℥ß.
gummi juniper. ʒij
mastich.
thur.
nuc. mosch. à ʒj
benz.
styrac.
cubebar. à ℈ij

Incisa & pulverisata grosso modo, adspergantur
℞ *destillati major.*
lign. Rhod. gtt. iij.
D. S.

Species zum Mützlein.

Ex his cum *serico* fiant *cucuphæ interpassatæ.*

Olea imprimis adduntur iis, qui capitis debilioris sunt, utut plures ferre non possint, & caput inde turbari sentiant. Cæterum observetur: quod cucuphæ exsiccent caput: Unde non solent præscribi iis, quibus caput est siccius, aut qui laborant agrypnia, & quibus ob siccitatem cerebri memoria vacillat: saltim in affectibus capitis ex humiditate, in catarrhis, in memoriæ lapsu ex inertia Spirituum, ex abundantia lymphæ, in quibus sunt satis elegantes & efficaces cucuphæ.

Pertinent huc etiam

LOTIONES atque BALNEA.

Major nempe Fotus dicitur *Balneum*; idque corporis partium respectu, vel *universale*, vel *particulare. Illud* vel *simpliciter tale*, cùm totum corpus usque ad collum immergitur; *hoc secundum quid*, respectu scilicet medietatis saltem corporis inferioris; & *Insessus* vel *semicupium* aliàs vocatur, quia ad umbilicum saltem & regionem hypochondriacam eidem insidere solet. *Particulare* est vel *pedum*, vel *capitis*, vel *manuum*, &c. quod propriè *lotio* appellatur. Nulla hic, nisi in quantitate, ab aliis fotibus aut Decoctis præscribendi est differentia. Dicuntur hæc ipsa Balnea humida ad differentiam Balneorum siccorum, quæ propriè dicuntur *Vaporaria*, sive stuffe, sive Sudaria.

Quoad *Balneum universale*: notum est, quod Romani in usu frequenti habuerint Balnea ▽ æ dulcis, uti in his singularem illorum luxum describit *GALENUS* & etiam *SENNERTUS in Parte dietetica.* Nos impræsentiarum considerabimus Balneum ceu medicamentum quoddam, quo totum corpus lavatur ad usum Medicum destinatum. Hoc ipsum *Balneum* ratione liquoris est vel *simplex*, vel *compositum*: *Simplex*, quando in ▽ simplici calida lavantur ægri: quando autem liquor è vegetabilibus decoquendis est imprægnatus, est compositum.

Pro Balneo simplici adhibetur ▽ simplex calida, quæ propter virtutem blandè laxandi, resolvendi, & etiam blandè emolliendi antè partum in alvo contumaciter obstructa, & in metu volvuli seu miserere mei, ut blandè laxentur intestina, & in legitimum situm redeant; ut emolliantur fæces, & per interiora debitum exitum inveniant: Instituuntur Balnea emollientia in herniis, tam intestinalibus, quàm umbilicalibus in quibus sc. intestina sunt prolapsa vel in scrotum, vel foras propendent

in umbilicum ; in talibus casibus intestina fiunt mollia & facilè flexibilia, ut iterum possint reponi in suum naturalem ac debitum locum : Usurpantur etiam talia laxantia Balnea in doloribus nephriticis, quando scilicet calculus hæret in ureteribus, & nimios inducit dolores ; magni enim sunt usus, quoniam leniunt dolorem, laxant fibras, & promovent motum & protrusionem calculi ; In colicis doloribus contumacioribus, & sæpius recurrentibus, commodissimè instituuntur Balnea ex carminantibus & specificis intestina respicientibus : In dysenteria contumaci, cum tenesmo conjuncta, etiam fiunt Balnea ex adstringentibus & anodynis : Item tale Balneum ▽æ dulcis sæpè instituitur in emaciatis, ut atrophiâ, tabe, &c. a quibuscunque causis oriatur ; quando partes externæ & habitus corporis externus corrugatur, & quasi est in rupas concretus, aut cutis contorta & contracta videtur, ita, ut alimentum affluens pori recipere & retinere non valeant ; in tali casu Balneum ▽æ dulcis ratione humiditatis relaxat fibras, tumefacit partes subcutaneas, apertis ac reseratis poris, tandemque commodè præstant corporis habitum externum pro recipiendo ac retinendo alimento affluente ; Unde, uti dixi, in atrophia, hectica & tabe Balneum aquæ dulcis est usitatum. Hinc aquæ non raro additur oleum in iis locis, ubi olei est abundantia, cùm notum sit, quod vis laxandi, emolliendi & anodyna sit copiosior in oleo, quam in ▽ ; & talia dicuntur *Hydrolea.* Frequens horum usus est in Italia & Hispania : Hispani enim utuntur Balneis ex oleo olivarum in atrophiis, morbis nervorum convulsivis, in contracturis partium & articulorum ; item in doloribus nephriticis, & similibus aliis. In talibus casibus tale Balneum olei est valdè conveniens.

Loco olei potest commodissimè usurpari lac, cùm Balneum lactis dulcis sit maximè celebratum remedium jam a *GALENI* tempore in plithisi & hectica, imprimis ex ejus sententia lac asininum, quod in Italia copiose haberi potest, ubi asini in copia aluntur. Tale Balneum ex lacte in hectica pro tabe curanda & corrigenda remedium est egregium ; & credo : quod in atrophia scorbutica tale Balneum ex lacte futurum sit egregium, cum lac alias sit appropriatum scorbuti alexipharmacum.

Cæterum *Balneum Compositum* fit ex Vegetabilibus simplicibus copiose incoctis in ▽ simplici vel alio liquore appropriato in tanta quantitate, ut sufficienter impregnetur Balneum : in tali Decocto appropriato æger balneare solet in stupha toto corpore, & quando balneatur, fit sacculus ex speciebus coctis, qui applicatur parti præ cæteris affectæ, sicut dixi de semicupio : & etiam post egressum ex balneo potest fieri inunctio ex Unguento, appropriato parti affectæ :

Galli, qui curant morbum Gallicum, uti superiùs monui, per salivationem mediante Mercurio, antequam hanc aggrediantur, solent instituere Balneum aquæ dulcis, repetendo singulis diebus his, & continuando sæpiùs per octiduum, ut beneficio talis balnei habitus corporis fiat rarior, porosior, & spongiosior, quasi pro faciliore penetratione Mercurii, vel ut balneo talis aquæ dulcis massa sangvinea in lue venerea viscida attenuetur, fluxilis fiat, & etiam bilis, & simul materia pituitosa acida & viscida, partibus externis, imprimis ossibus adducta & ibidem gummata ac nodos inducens, attenuetur, liquescat & mobilior fiat, quò postmodum sit facilior operatio Mercurii, & facilitetur salivationis proventus, cùm massa sangvinea sit attenuata & resoluta, humoresque facti fluxiles & mobiles, sicque suo cum fructu tale Balneum instituitur.

Cæterùm Balnea composita, uti dixi, quæ fiunt ex decoctis, in quibus decoquuntur appropriata, instituuntur tàm pro affectibus externis, quàm pro internis. Pro affectibus externis utiliter præscribuntur in scabie contumaci, in lepra, pruritu corporis, in ulcusculis fœdis corporis, in cute squalida, & similibus aliis externis corporis habitum impregnantibus affectibus.

Quoad proportionem ingredientium : recipiantur ad ℔ iij vel jv radicum, aliquot manipuli florum & foliorum : videatur *MORELLUS*, qui proportionem Ingredientium satis sufficienter declaravit. Exempli gratia, si præscribendum.

Balneum universale pro usu cutaneo ad delendam scabiem.

℞. *HB. fumar.*
parietar.
saponar.
scabios.
fol. ennulæ aa M iij.
Nicot. (quæ est ferè basis) M v.
rad. bryon.
ennulæ
lapathi acuti (quæ est egregia) à ℥ vj.
Ci depurati ℔ iß.
Ais crudi ℔ j.
M. D. S.
Species zum Kräuter-Bade.

Potest etiam addi *alumen* ad ℥ ij vel iv, præprimis si scabies sit manans & humida, vel etiam ulcuscula cutis sint manantia.

In hoc ipso Balneo potest assumi Mj. Vegetabilium Ingredientium, & benè fricari cutis, ac partes cutaneæ : Hinc post egressum ex balneo, deterso bene cute, potest fieri inunctio cum unguento ex oleo Nicotianæ & oleo tartari cum balsamo sulphuris ; præmissis universalibus internis, ac aliis appropriatis, vel simili alia inunctione appropriata.

Aliter :

℞. *HB lapathi acuti* M jv.
scabios. vel *parietar.*
fol. Nicotianæ vel *HB saponar.* à M ij
rad. lapathi ac. ℥ iij ad ℔ ß.
ennulæ ℥ ij
bryon. ℥ j ad ℥ iij
Ais crudi pulveris. ℥ ij, iij, jv. ad ℔ ß.
calc. viv. rec. ℔ ij.
Incisa & contusa D. ad chartam, D. S.
Species zum Bade.

Coqu. in s. q. ▽a *dulcis*, & moderato △e fiat Balneum, quod & plus minùs acuari potest, addendo lixivium vulgare.

Sub usu autem priùs sudet æger, assumendo Essentiam lignorum, Ram ♃i ♄iatam, Ram △is, &c. Dehinc insideat Balneo moderatè calenti, va-

vacuo ventriculo ; sub egressu verò corpus probè fricetur, & à sordibus repurgetur, post illinatur linimento appropriato, minùs viscido, aut glutinoso.

Balneum in Ictero:

℞. *HB parietar.*
saponar. à Miij
pulv. pisor.
rad. bryon. à ℔ ß.
sigill. Salom. ℥iv.
Incisa D. S.

Species zum Bade.

Balneo hujus decoctionis æger aliquoties insidere poterit, novam semper ▽am recipiendo, & tunc pisorum pulvis nodulo laxiori inclusus esse debet.

Conveniunt Balnea etiam in doloribus nephriticis & affectibus mulierum : In nephritide, ubi est dolor diuturnus, ac per consensum nervorum, cùm non solum abdomen, ventriculus & diaphragma, uti & mesenterium spasmo afficiantur, sed præterea talis contractio interdum prorumpere soleat ad membra externa, ad manus & pedes, ut patiantur convulsiones, de qua nuperrimè audivi : In talibus casibus pro resolvendis & leniendis membris spasmo affectis & contractis commodè instituitur Balneum :

℞. *HB branca ursin.*
hederæ terrestr.
parietar.
virg. aureæ.
fol. malvæ
flor. cham. à Mj.
alth.
malvæ à Miß
rad. althea
lilior.
onon. à ℥ij
sem. fœnugr.
lini à ℥ij ad ℥j.
Incisa & Contusa. S.

Schmerzstillende Species zum Bade.

Quæ conveniunt ad affectus uterinos, facilè fieri possunt simili modo ex simplicibus Ingredientibus uterinis, uti *infrà patebit ex Formula semicupii.*

Pertinet huc etiam

THERMÆ ARTIFICIALES,

dum ars operosa medentum etiam naturam imitari docet in præparandis Thermis, quæ fiunt ex Ingredientibus primariis, calce viva & sulphure. Dixi namque *in Collegio Pharmaceutico de Thermis naturalibus, ubi de aquis medicatis*, quod fiant per effervescentiam internam, quando marcasita quædam metallica, naturæ quasi lixivialis plùs minùs sulphureæ, cum acido sulphuris embryonato effervescit instar calcis vivæ, & isto modo fiunt ▽æ calidæ ab effervescentia, & medicatæ ab admisto sulphure, & ⊖ibus ista effervescentia solutis. Simili ratione artificiales præparantur Thermæ, quando nempe in ▽ am simplicem injicitur s. q. calcis vivæ unà cum sulphure pulverisato, & effervescit tunc temporis calx viva, ex quibus insigniter incalescit ▽, agente nempe acido, in adjunctum corpus ⊖eo alcalinum, & ita Thermas medicatas constituit : quales commodè possunt substitui in locum Thermarum naturalium, si pro Balneo per dies subinde reiterentur, idque non tantùm in affectibus cutaneis suprà nominatis, utpote in quibus calcis vivæ vis est singularis, uti etiam sulphuris magna vis est in cutaneis affectibus ; præterea quoque convenienter tales thermæ artificiales possunt institui in doloribus partium chronicis. Subinde namque dolores Ingrediuntur partes, & cum in talibus partium chronicis doloribus, artuum imprimis ostocopis, Thermæ naturales sint in magno usu, aut etiam luta Thermarum naturalium convenientissimè doloribus partium, sive scorbuticis, sive aliis, instituuntur Thermæ tales, ex calce viva & sulphure præparatæ. Quod si in ebullitionis actu addantur Vegetabilia appropriata, v. g. saponaria & similia, quæ vim habent abstersivam, erunt efficaciores & meliores. Res est facilis, & Praxis nuperrimè inventa : Vid. *ZWELFFERUS in Mantissa Hermet.*, ni fallor, *ad Pharmaciam Regiam annexa, Edit. ultima.*

Sequitur jam

INSESSUS & SEMICUPIUM.

Insessus & Semicupium ist ein halb Bad. In Balneo totum corpus intingitur, & in Semicupio dimidium corpus, à pedibus usque ad umbilicum præterpropter ; Unde rectè dicit *MORELLUS*, quod Semicupium sit medium inter Balneum & Fotum. Nam quando non opus est, ut totum corpus intingatur, Fotus autem non sufficit, tum præscribuntur semicupia, ut iisdem insideamus usque ad umbilicum & regionem stomachi.

Instituuntur Insessus ex Decoctis variis, vario scopo destinatis, imprimis quidem ad affectus abdominis, in specie ad affectus nephriticos, ad affectus colicos, & ad affectus hystericos.

Usus est, ut beneficio plantarum decoctarum in ista ▽, cui insidet patiens, partes vel blandè laxentur, unde incoquantur Attenuantia & Emollientia. Usurpantur per aliquot dies vel septimanas ante partum, ut laxentur partes uteri pro facilitando partu. Conveniunt in quamplurimis, imprimis iis in affectibus, de quibus, *ubi de Balneo universali*, locutus sum.

Modus præscribendi est tantum, ut simplicia præscribantur in sufficiente quantitate, quæ decoquenda postmodum veniunt in ▽ simplicis s. q. & in isto Decocto ponatur æger usque ad umbilicum, vel regionem stomachi. In tali Semicupio, quando insidet æger, non rarò recipiuntur species decoctæ, & vel nudè applicantur parti affectæ, v. g. vulvæ, quando ante partum instituuntur ; vel inclusæ sacculo parti affectæ admoventur, ut in dolore abdominis.

Sit ergo exemplum instituendi talis *Semicupii in doloribus nephriticis & calculo renum*, in quo & dolor sistendus, viæ laxandæ, & calculus blandè promovendus est.

℞. *HB heder terrestr.*
Mercurial. à Mij
fragar.
parietar.
saxifrag.
fol. malv. à Mj.
flor. cham.
melilot. à Mß.
rad. lil. alb. ℥ij
onoid. ℥j

bacc. juniper. Mij vel ℥ij.
Incisa & contus. D.S.
Species zum Bade.

Coquantur in *aqua*, cui tepidæ insideat æger; vel etiam species possunt applicari regioni renum; vel insui sacculo oblongo, & applicari dorso ac regioni renum.

Vel

℞. *HB alth.*
malvæ
parietar. à Miij
flor. cham. Mjv.
baccar. junip. ℔iß.
sem. fœnugr. ℥iij ad jv.
Incisa & contusa S.

Kräuter zum Lendenbade.

Item:

℞. *HB heder.* ⊼*str.*
petrosel.
fol. hyosc. à Miij
flor. acac.
cynosb.
tanaceti à Mß.
rad. enulæ ℥iß
cort. ligni fraxini ℥iß
bacc. juniper. ℥v.

Incisa & contusa coqu. in s. q. ▽æ *dulcis*, moderatoque igne fiat *Insessus*.

Insessus talis semicupii semel interdum instituitur singulis diebus bis, mane, & vesperi ante cœnam, & continuatur interdum ad biduum, interdum ad triduum. Mora in illo est ab hora una ad horas duas, hinc detergatur corpus bene: post detersionem solet inungi oleo appropriato, vel cum ungvento de althæa, & oleo scorpionum; ponatur hinc in lectum æger, ut quiescat.

In mensibus movendis solent usurpari talia *Semicupia* ex plantis uterinis & menses provocantibus, e. g. sit.

Semicupium in suppressione mensium.

℞. *HB sabinæ* M. jv.
artemis.
puleg. à Miij
bacc. junip.
lauri à ℥iij
Incisa & contusa. D. S.

Species zum Kräuterbade.

Coqu. in ▽ *simpl.* Decocto ad regionem umbilicalem insideat ægra, & sacculum speciebus dictis repletum applicetur regioni hypogastricæ.

Aliter:

℞. *HB sabinæ* Mjv.
matricar.
puleg. à Mij
flor. cheiri Mj.
baccar. junip. rec. ℥jv.
lauri ℥ij

Grosso modo incidantur & contundantur. S.

Species zum bähen.

Decocto insideat ægra; post insessum inungantur partes circa lumbos, inguina & regionem hypogastricam ungvento appropriato.

Quin & ante partum fiunt ejusmodi *Semicupia ex Laxantibus & Emollientibus*, e. g.

Insessus vel *Semicupium* pro gravida, *ad facilitandum partum.*

℞. *HB althea*
malvæ
melissæ.
fl. cham. à Miij
malvæ
melilot. à Mj.
rad. alth. ℥jv.
sem. fœnugr.
lini à ℥iij

Incisa & contusa D. ad chartam S.

Species zum Bade.

Decocto harum gravida insideat, quamdiu cum euphoria fieri potest; idque ferè alternis diebus imminente partu: deterso madore se in lectum componat, illinendo postmodum lumbos, regiones umbilici & lumborum, linimento ex mucilagine seminis lini, fœnu Græci, ungvento dialthææ, oleo amygdalarum dulcium, cheirino, liliorum alborum, &c. Hæ ipsæ species modò additione baccarum juniperi magis quasi appropriatæ reddantur. Pro semicupio in quibusvis doloribus nephriticis commodè eodem modo adhiberi possunt, ungendo postmodum partes dolentes unguento de althæa, oleo scorpionum, oleo destillato terebinth, &c.

Post partum fiunt *Semicupia* ex adstringentibus. Huc & Balnea ex formicis parata pertinent, quando integer formicarum acervus sacculo inclusus in ▽ coquitur, eique æger insidet. Usus est in sterilitate muliebri, in doloribus artuum scorbuticis, in affectibus arthriticis: sunt etiam egregia, in paralyticis præprimis, ac tremoribus.

Semicupia pariter ex Vinaceis parantur, vel per se ex fermentationis motu, vel insperfa calce vivâ sensibiliùs incalescentibus, in dolore colico, Ischiadico, doloribus crurum scorbuticis, præsertim nocturnis, item in doloribus arthriticis pedum, doloribus artuum spasmodicis, aliisque contumacioribus, & inde paralytica dependente dispositione; singulare enim quid latet in aciditate volatili vinaceorum ad tales dolores compescendos.

Quoad

BALNEA PARTICVLARIA seu LOTIONES,

quando scilicet lavatur caput, aut etiam, quando lavantur pedes, ut fit in Pediluviis nulla & hic ab aliis præscribendi modis differunt.

Lotiones capitis fiunt similiter ex Decocto, quando coquuntur v. g. appropriata pro scopo in aqua simplici, vel quod usitatius, in Lixivio, quô postmodum lavatur caput, & quando sufficienter fuit lotum, tunc detergendum est benè linteis calefactis, debito suffitu suffitis.

Lotiones tales capitis instituuntur tempore matutino, & destinatæ sunt pro affectibus capitis, tam internis quàm externis. Internis pro roboranda memoria: Quo pertinet *Lotio capitis Laurembergii*, quam habuimus *in Collegio Pharmaceutico*, *ubi de Aqua magnanimitatis*; & talia lixivia vocantur *Lixivia sapientiæ*, uti videri potest in *MYNSICHTHIO*, qui habet aliquot talia Lixivia in comatosis affectibus præmissis universalibus. Instituuntur tales Lotiones capitis deinde ad externos capitis affectus; ad tineas capitis, ad furfures capitis, item ad gra-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1392-9 DFG

gravedinem capitis ex poris obstructis, ad sordes capitis detergendas, & similes alias.

Et quidem talibus lixiviis additur interdum Senna aut agaricus albus, aut Helleborus niger, ubi simul quasi purgandùm est caput: sicut pro usu externo similiter decoquitur sulphur pro purificando & detergendo capite: item in pediculis capitis convenienter fiunt Decocta seu Lixivia ex appropriatis: v. g. sit.

Lixivium pro lotione capitis confortativa.

℞. *HB. beton.*
major.
melisf.
origan.
rorismar.
serpilli
fol. lauri à Mj
flor. anthos.
beton.
lavend.
lil. convall.
flor. prim. veris
rosar.
stachad. Arab à p. ij.
rad. Ireos Florent. (propter gratum odorem) ℥j
sem. nigellæ (quod est appropriatum in catarrhis) ℥ß.

Affundatur s. q. *Lixivii*, coquantur, aut cum colatura lavetur caput, quod postmodum exsiccandum linteis, succino thure & mastiche suffitis.

Huic Decocto possumus etiam addere folia sennæ sine stipitibus vel helleborum nigrum, & agaricum album, quando volumus purgare caput quasi per nares.

Alia *Lotio Capitis pro tinea Capitis.*

℞. *com. absinth.*
fol. Ruscot. à Mij
summ. cent. min.
hyperic. à Mj
flor. beton.
saponar. à p. iij
rad. helleb. nigr. ℥ß.
sulphur. viv. s. comm. ℥ß. ad ℥vj

Coqu. in s. q. *Lixivii* pro *lotione capitis.*

Ubi est fortius faciendum in tinea capitis, convenienter additur aliquid nitri; item aliquid calcis vivæ, quæ solvit sulphur, & detergit, & si quæ est malignitas, illam corrigit.

Lotio pro capite seu *Lixivium contra furfures, & tineam capitis, ac crinones.*

℞. *summit. absinth.*
comar. cent. min. à Mj
pulp. colocynth. ℥ij vel iij ad ℥ß.
Incisa S.
Species ꝓ lauge.

Hæ coqu. vel in lixivio vulgari, vel in vino, in quo cineres clavellati ad sufficientem acrimoniam dissoluti fuerint, & in cerevisia secundaria: Decocto isto abluitur caput.

Lotio capitis in casu capillorum:

℞. *HB abrotan. maris.*
capill. Veneris à Mj.
flor. lavend.
rorismar. à p. iij
rad. lapathi maj.
peucedani à ℥j
urticæ maj.
sem. fœnugr. à ℥ß.
ladani electi ℥iij

Affund. s. q. *Lixivii*: stent in digestione per aliquot dies, ebulliant leniter, & exprimantur.

Hoc ipso caput abluatur & linteis tepidis detergatur: illinatur postmodùm ungvento Bucretici experto &c. Dum vero horum beneficio denuò crescunt pili, loco Lixivii in vino vel dilutiore, vel modicè adstringente, species pro lotione capitis coquendæ.

Facit huc Decoctum herbæ & radicis malvæ cum pisis in urina humana, quod pro lotione capitis infantum in tinea, etiam gravissima: item furfuratione capitis, multum valet.

Denique

Lotio valdè necessaria *pro enecandis pediculis* sit hæc:

℞. *HB Nicot.* Mij
colocynth. ℥iij
sem. staphisagr. ℥vj.
Coqu. in s. q. Lixivii,
addendo incoctione
℞ii vivi, vel suspendendo in petia lig. ℥ß.

Lixivio lavetur caput, quod abiget omnes pediculos ratione Mercurii.

Pertinent huc *Lotiones axillarum in hirco*, quales fiunt ex Adstringentibus, ex foliis plantaginis, foliis quercus, bistortæ, equiseti & similibus, addendo lixivio decoctionis aluminis vel nitri parum, non rarò etiam calcis & nitri solum, pro abstersione ac lotione axillarum, uti etiam pedum olentium.

Cæterùm de his vid. *MORELLUS*, qui est satis accuratus: exempli loco sit

Lotio contra fœtorem axillarum, pedum, aliorumve locorum.

℞. *HB plantag.*
scord.
fol. querc. à Mj.
Coqu. in s. q. ▽ *comm. vel ferrar.*
Colaturæ ℔iß adde.
solut. lithargyr. aur. c. ✠*to fact.* ℥iij ad ℔ß.
M. pro *Lotione.*
Vel:
℞. *fol. querc.* M. iij
summit. origan. Mij
flor. rosar. Mj.
alum. ℥iß.
Incisa & contus. S.
Species:
Coquantur in ▽ communi.

Decoctis his dicta loca abluantur crebrius manè & vesperi, donec cesset fœtor, sed semper adhibeantur cautè. Potest etiam addi *myrrha*, si ▽ ferrata additur, mixtura evadit turbida, quod tamen nihil refert.

Lotio manuum contra maculas & pustulas à scabie, variolis &c. relictas.

℞. ▽*a calcis vivæ* ℔ij
sulph. comm. pulv. ℥ij
Ebulliant invicem: Colaturæ add.
▽ *rosar.* ℥j.
M. D. S.
Reinigend Wasser.

Additione & mistione simplici *sacchari Saturni* ℥ij ad ℥iij erit *Lotio* appropriata *ad maculas hepaticas.*

Post Lotiones etiam sunt

PEDILUVIA,

ad varios usus destinata, quæ similiter sunt ex Decoctis

coctis appropriatis, sive decoquantur Ingredientia in ▽, sive in lixivio quodam. Sic v. g. post paroxysmum arthriticum instituuntur commodè pediluvia pro roborandis pedibus post morbos chronicos & periculosos exantlatos; pro roborandis partibus tremulis commodè instituuntur Pediluvia: Instituuntur etiam non rarò Pediluvia in affectibus capitis; quoniam est magnus consensus plantarum pedum cum capite: de quo consensu vid. *PAULI in Digress. de Febribus malignis*: Unde instituuntur Pediluvia pro agrypnia abigenda, & inducendo blando ac suavi somno, & incoquuntur tunc temporis capita papaveris cum seminibus no. 4. vel 6. item in cephalalgia.

Modus præscribendi idem est cum Decoctis & Lotionibus capitis, nisi quod interdum loco lixivii recipiatur alius liquor quidam: sed parum refert. Exempli loco sit

Pediluvium ad Agrypniam.

℞. *HB. rorismar.*
summit. serpill. floresc. à M ij
fl. cham. Mj.
cap. papav. cum sem. no. vj vel viij.
Incisa coqv. in s. q. ▽ æ simpl. S.
Species zum Fußbade.

Pediluvium ad roborandos articulos in Tremore, vel *ad firmandos pedes podagrâ debilitatos*, simulque à crebriore recidiva præservans:

℞. *HB Chamæpyt.*
chamom.
puleg.
serpilli à Mj
flor. anthos
salviæ à p. ij
bacc. lauri ℥j
junip. ℥ij
Coqu. in ▽ simpl. sub finem addendo
⊡ æ ℔j
In Colatura dissolve
aluminis ℥ij, pro adstrictione.

Possunt augeri Ingredientia, possunt etiam imminui pro lubitu Medici: Nam in hac parte non est adeò adstrictus.

Aliud:

℞. *HB rorismar.* Mvj
salv.
serpilli à Mij
bacc. junip. ℔ß.
M. D. S.
Species zum Fußbade.

Harum specierum tertia pars coquitur in s. q. ▽æ & *lixivii communis*, vel in solo *lixivio non adeo acri*: Decocto decantato cum vel sine colatura immittuntur pedes, imposito desuper linteo, nè justô citiùs refrigescat; Vel etiam ipsi Decocto cum ipsis speciebus immittuntur pedes. Conservetur æstus, vel novum Decoctum fervidum vel silicem candefactum superaddendo. Post balneationem pedes adhuc humidi probè abluti linteis involvuntur tepidis, & æger lecto committitur. Et sufficiunt tales species pro tribus vel quatuor vicibus, dicto modo coquendæ & usurpandæ, quamdiu durat odor.

Aliud extemporaneum.

℞. *fol. nymph.*
salicis
vitis à Mij
cap. papav. c. sem. no. viij.
Incisa S.
Species zum Fußbade.

Decoquantur in ▽ *simpl.* confert maximè in lassitudine pedum, wenn man müde ist.

Habuimus de Balneis proprie dictis, humidis scilicet: pergendum est ergò ad improprie dicta, Fotuum vaporosorum instar, quæ speciali nomine *Balnea Laconica* veniunt, item *stupha*, item *Sudatoria*, & *Balnea sicca*, trockene Schweißbäder. *Vaporaria* etiam commodè appellantur, quoniam ægri vapore calido & sicco solent affici.

Talia sunt vel *humida*, uti rectè habet *MORELLUS*; vel *sicca*.

Stupha humida est, quando ex vaporibus, ex quodam liquore simplici, vel quodam Decocto certò medicato elevatis, incalescit ipsa stupha, & ægri in ea positi beneficio talis vaporis copiosè incipiunt sudare. Vapor hic vel universaliter vel particulariter corpus aut partes quasdam afficit, idque pro scopo vel sudandi universaliter, vel discutiendi, & leniendi particulariter. Usitatissime hodie in *Laconico* excitatur: & quidem universaliter fit, quando ægri usque ad collum ligneo ejusmodi domunculo peculiari, notæ jam passim formæ includuntur: particulare est, quando pedes usque ad genua ligneo ejusmodi balneo inseruntur, in affectibus podagricis, paralyticis, &c. vaporque subtùs excipitur.

Modi autem *sunt varii*, pro sudore in hisce balneis eliciendo; nunc per lateres candefactos aut ferramenta ignita ▽æ vel Decocto quodam immissos; nunc verò per ▽ incensum, cujus calor mire penetrat in universum corporis habitum, sed subjectis humidioribus & succulentioribus; item, quæ atonia viscerum laborant magis, quàm qui sunt siccioris habitus, convenit: modus tamen est periculosus, cùm exempla prostent, misere quosdam ita combustos esse. Pro subjectis siccioribus optimus modus est, ut in tali stupha beneficio decocti cujusdam suffitus fiat humidus, vel beneficio silicum vel laterum candefactorum; sic enim pori maxime aperiuntur, & ex copiose exhalante sudore sensibile levamen percipiunt ægri, qui sequitur promptiùs, si ante ingressum hauserit Decoctum ex lignis, vel medicamentum aliud Chymicum vel Galenicum. Decocta lignorum hic sunt usitatissima: Eminet hæc inter Balnea in specie Balneum ex suffitu decocti cubilis formicarum, in artuum dolore, paralysi, rigititate & similibus malis, scorbuti apud nos familiaris progenie laudatum.

Decocta, quæ usurpantur pro exhalandis vaporibus in stupha, sunt illa varia pro varietate morborum præscribenda: alia sunt in Lue Gallica, alia sunt in scabie. In usu ut plurimum sunt pro diæta sudorifera in curatione luis Venereæ. *Dosis* tantum est apozematis cujusdam, quoniam non tàm liquor, quàm vapores expetuntur: à Fotuum præscriptione nihil differunt. Sit v. g. exemplum ad membra stupore affecta vel paralytica.

℞. *HB ror. mar.* Mij
major.
salv.
flor. prim. veris à Mj
sambuci Miij.
rad. pyrethri ℥j ad ℥ijß.
bacc. junip. ℥jv. ad ℔ß.
lauri ℥ij
Incisa & contusa D. S.
Species zum Schweißbade.

Coqu. nempe Species in ▽ *simplici*, additis subinde *silicibus candefactis*, & vapor & halitus pro sudore excitatur: vel dividatur in duas portiones, ut, refrigerata unâ, altera substitui possit.

Laco-

Laconicum particulare pro cruribus dolore podagrico affectis, item *in doloribus illorum scorbuticis fixioribus.*

℞. *lixivii corior. jam ab ipsis usurp.* ℔ ij
⊡ *hum.* ℔ j ad ℔ iij

M. D. S.

Wasser zur eusserlichen Behung.

Ebulliant, & fiat inde *Suffitus* pro membris dolentibus desuper situatis, & fornicatim in tegumentis aptis munitis, & ubertimum sudorem provocat, si linteis excipiatur vapor, repetitis vicibus, & applicetur.

Hæ fuerunt *Stuphæ*, quæ dicuntur *humidæ.*

Sudatorium siccum est, quando non vaporibus, sed nudis exhalationibus calidis ignitis disponitur corpus, ut sequatur sudor. *Modi sunt tres*: *Primus* est in hypocausto; *Secundus* est, quando nudi silices ponuntur in stupha; ita enim ex calore talium silicum exhalante copiose incipiunt ægri sudare, & in sudorem prorumpere: vel *denique* injiciuntur tales silices in Conopeum, ita tamen, ut priùs hauserit æger Decoctum appropriatum ex lignis, uti recte instituitur in cura luis Venereæ ab Italis & Belgis. In tali tamen Sudatorio ad horam dimidiam vix possunt perdurare ægri, cùm in humido diutius possint subsistere; valde enim exhalant Spiritus, & exinde deficiuntur vires. Usus horum videantur in *MORELLO*, qui eos sufficienter declarat.

Ex iisdem Decoctis parantur etiam

CATAPLASMATA,

efficacioris fotus species, & sunt nihil aliud, quam remedium in forma pultis crassioris, qui applicatur externè partibus, pro usu Chirurgico multiplici. Siquidem non rarum est, quod post præmissum fotum humidum, Cataplasma applicetur, imò & ipsa decoctiònis pro fotu remanentia non rarò capitur, & lege artis tractata in Cataplasma applicatur. Ordinariò nempe fiunt Cataplasmata, si sc. Vegetabilium appropriatorum fiat decoctio, donec colliquescant in tantum, ut per setaceum pulpæ aut pultis forma trajici, vel in mortario in pultis formam contundi possint, quæ puls cataplasmatis corpus majus vel minus, pro partis affectæ & applicationis ratione, constituit, cui pro re nata interdum adduntur postmodum & alia, in specie olea convenientia, mella, pulveres, Electuaria &c. eorumque plus minus, prout vel baseos vel adjuvantis locum obtinent.

In omni igitur Cataplasmate tria consideranda sunt:

1. *Species decoquendæ.*
2. *Liquor*, quo fit Decoctio; &
3. Interdum *Addenda.*

Quoad *primum*, nempe *species*: illæ variæ esse possunt pro diversitate partium atque usus: Ut plurimum sunt è Vegetabili Regno.

Quoad *secundum*, nempe *liquorem*, mediante quo fit coctio: est interdum ▽ simplex, interdum vinum, & acetum, vel posca seu ▽ cum aceto mista, ubi discutiendum & attenuandum; Sicuti dedi exemplum *in Collegio Schrœderiano*, *ubi de fabis*, quando in tumore testium cum inflammatione fit Cataplasma ex aceto, seu posca cum fabis cocto: vel lac, vel olea infusa, vel pingvedines, ubi emolliendum; ⊡, lixivium, &c. ubi resolvendum, & flatus discutiendi sunt.

Quoad *Tertium*, nempe *Addenda*: proportio præterpropter definita est à *MORELLO*, ita quidem rectè, ut ad

Pulpæ aut *materiæ trajectæ* ℥x vel ℔ j
addantur
Pulveres ab ℥iß ad ℥ij, vel ad summum ℥iij.
Oleorum & Medullarum vel q. s. vel ad ℥iij
vel ℥v.

Si vero ℞oea destillata sumantur, pro ℔ j pulpæ ℥ij vel iij sufficiunt, & ita conjunguntur in remedium liquidum Cataplasmatis, quod calidum linteo exceptum admovetur parti. Pulveres, qui adduntur, sunt varii, pro varietate scopi: nunc farinæ seminum, nunc pulvis albi Græci, nunc stercora animalium, ita etiam pro oleis interdum adduntur succi, in specie ceparum, vel etiam olea, tàm infusa, quàm expressa.

Quantitas Simplicium decoquendorum variat pro magnitudine partis, cui applicandum venit Cataplasma; uti etiam pro crebriore usu ipsius cataplasmatis, quando vel rarius vel frequentiùs est applicandum: sic v. g. major requiritur quantitas pro Cataplasmate contra anginam & tonsillarum inflammationem, singulis diebus bis applicando, quàm pro Cataplasmate ad oculos, vel etiam ad digitum gangrænosum. Quantitas ergo definienda venit ex judicio Medici.

Usus eorum est pro discutiendis tumoribus, iisque maturandis: pro resolvendo sangvine congrumato, in diarrhœa, dysenteria, &c. vel & pro scopo vesicatorio adhibentur. Sit e. g. præscribendum *Cataplasma*, quod frequentius fit in angina seu Inflammatione tonsillarum, quod debet emollire, tumorem aliquantisper discutere, & etiam materiam inflammationis seu sangvinem congrumatum ad suppurationem perducere: debent ergò esse Emollientia, Resolventia & Discutientia seu Maturantia.

℞. *HB melil. c. flor.* vel *Flor. malvæ,*
flor. chamom. à M. j.
rad. alth.
lil. alb. à ℥ij.
cepar. ℥ß ℥vj.
sem. alth.
fœnugr. vel *lini* } *sem. alth.* *fœnugr.* vel *Psyllii* à ℥ij } *sem. lini* *fœnugr.* à ℥ß.
Psyllii à ℥ij
ficuum pingvium no. jv. vj. ad xij.
nidi hirundinum cum excrementis, abjectis stramine, paleis & cæteris quisquiliis no. j.
albi Græci ℥j.

Incisa & contusa coqu. in s. q. ▽ *simpl.* vel ▽ *hordei*, vel *cerevisiæ*, vel *lactis*, vel *seri lactis* pro indicationum ratione, ad consistentiam pultis seu pulpæ.

Huic per setaceum trajectæ, sive simpliciter in mortario contusæ adde

ol. lil. alb. ℥j ad ℥ij
rutac. vel *cham.* ℥vj ad ℥j
pulv. noctuæ combustæ ℥ij
croci orient. ℥j vel ℥iß ad ℥ij
Vitelli ovor. no. j. vel ij. vel iij.

M. F. *Cataplasma*, D. S.

Zertheilender und erweichender Brey.

Si scopus resolvendi sit, coquatur in ▽ *caleis viva.*

viva. NB. Semina ista decoctioni addenda omitti, & illorum loco pulti

farin. rad. alth. ℥j
sem. fœnu Gr.
lini à ℥ß.

addi possunt.

Utendi modus hic est: ut cataplasma inducatur linteo ad crassitiem digiti minimi, & ita calidè imponatur. Repetitur autem hoc toties, quoties aridum & siccatum fuerit, omnibus sc. quatuor, 5. aut 6. noris.

Simile est fere & elegans *Cataplasma contra* eandem *anginam Barbeite in Praxi* & in *Chirurgia.*

℞. *rad. alth.*
lilior. alb. à ℥j
nidi hirund. no. j
ficuum pingv. no. xij.
albi Græci ℥ß.
Cepar. ʒvj.

Coqu. in *Decocto hordei*, vel etiam in ▽ *simpl.* q. s. ad putrilaginem: Pulpæ adde

farin. tritic.
sem. lini à ℥j.
fœnu Græci
rad. althæ à ℥iß.
vitell. ovor. no. ij.
croci oriental. (discutit, emollit, maturat, anodynum est) ʒij
℞ *chamomill.* ℥ij.

Misc. pro *Cataplasmate.*

In Cataplasmate hoc, quod obiter moneo, adsunt cepæ, quæ simul coquuntur cum reliquis: potest tamen etiam in fine coctionis seu pulpæ trajectæ addi succus ceparum ab ℥ß ad ℥j, idque non sine singulari efficacia; dum enim ita additur succus pulpæ trajectæ, non metus est, quod in coctione avolet sal volatile ceparum, quod potens est in discutiendo & maturando.

Aliud:

℞. *flor. sambuci* Mj vel Mij.
cepar. sub. ciner. cott. no. iij
nid. hirund. c. sterc. no. j.

Coqu. ex *cerevisia tenui* vel ex *lacte*: Pulpæ trajectæ adde

albi Græci ℥ß.
℞ *destillat. cham.* ℥ß
cott. chamom. vel *lil. alb.* q. ſ.

M. D. S.

Zertheilender und erweichender Brey.

Cataplasma suppurans inflammationem tonsillarum.

℞. *HB malvæ* Mij.
melilot. Mj.
▽ *flor. cham.*
sambuc. à Miß.
ficuum pingv. no. vj.

Coqu. in ſ. q. *Lactis* ad putrilag. trajiciatur per setaceum:

Pulpæ trajectæ ℔j adde
pulv. sem. fœnugr.
lini ℥j
℞ *lil. alb.* ℥ij.

M. F. *Cataplasma.*

Non semper necessum est, ut addantur olea; quoniam oblinunt poros partium, eosque obducunt & infarciunt; & ob id non raro omittenda sunt olea, idque imprimis, ubi opus est discussione, in quo casu pori debent aperti esse, & patuli: ubi verò opus est suppuratione & emollitione, ibi additur oleum, non verò in nimia quantitate, quoniam in inflammationibus emolliendis & suppurandis ex obstructione pororum nimia per Cataplasmata oleosa à Chirurgis sæpiùs loco puris inducitur Gangræna. Quæ cautela summè est necessaria in correctione Chirurgorum.

Cataplasma suppurans & discutiens contra Anginam:

℞ *HB melilot.*
fol. hyoscyami à Mj.
flor. cham.
melilot. à ʒß.
rad. althæ
malvæ
albi Græci à ℥j
Incisa & contusa coqu. in ſ. q. *lactis* ad consistentiam pultis: cui trajectæ adde
terebinth. c. vitell. ov. soluta ℥ß.

M. pro *Cataplasmate S.*

Resolvirender Brey.

Cataplasma ad suppressionem urinæ in puerpera, ob admissum incautius frigus externum à partu: item, quando à puerperis supprimuntur Locchia.

℞. *HB parietar.* Mij
cherefol.
flor. cham. à Mj ad Miß.
Incisa coqu. ad mollitiem:
Pulpæ per setaceum trajectæ adde
butyr. rec. ℥j, ℥iß ad ℥ij.
℞ *scorpion.* ℥ß ad ℥iß.

M. pro *Cataplasmate*, calide regioni pubis admovendo, & desuper adhuc laterem, vel operculum calefactum imponendo.

D. S.

Hantreibender Brey.

Cataplasma pro pedibus *contra Cephalalgiam, agrypniam & æstuationem capitis:*

℞. *HB verben.* Mij
flor. hyoscyam.
papav. errat. à Mj.
sem. fœnu Gr.
lini. à ℥j
A. calid. maj. à ℥ß.
Incisa & contusa coqu. in ſ. q. ▽ *simpl.* ad consistentiam pultis:
Pulpæ trajectæ adde
℞ *Nymph.* ℥j

M. D. S.

Schmerzstillender und kühlender Brey.

Cataplasma contra tumorem & dolorem bracchii, & pertusa in Venæsectione vena, & laso nervo.

Sæpiùs eninfit, ut post ineptam venæsectionem bracchium intumescat, rubescat & livescat, ex sanguine intra spatiosa musculorum effuso congrumato: in tali casu præscribitur.

Cataplasma expertum, & valde egregium, hoc modo:

℞. *HB agrimon.*
cherefol.
flor. chamom. à Mj
rad. symph. maj. ℥iij
(est *basis* & propterea etiam augenda dosis)
rad. sigill. Salomonis ʒvj ad ℥j.
sem. fœnu Græci
lini à ʒß.

Coqu.

Coqu. in s. q. ▽ *simpl.* ad consistentiam pultis, trajiciendæ per setaceum D. S.

Eusserlicher Brey wieder die Schmertzen und Geschwulst.

Instillato prius ♁ *eo destillato terebinthinæ* vulnusculo applicatur cande, addendo cuilibet portioni sub applicatione *Spiritus theriacalis*, vel *simplicis*, vel *camphorati* ℥j aut q. s.

Potest etiam hoc *Cataplasma contra quamcunque contusionem & sanguinem grumosum* discutiendi & resolvendi propter radicem symphyti majoris & sigilli Salomonis, quæ radices sunt elegantissimæ, & in his affectibus sane singulares.

Item præscribatur

Cataplasma discutiens sanguinem grumosum ex plagis.

℞. *summit. hyperic.* ℥ß.
rad. symphyt. maj. ℥ij
sigill. Salom. ℥j
albi Græci ℥vj.

Coqu. in s. q. *vini* ad putrilaginem: trajiciantur per setaceum, f. *Cataplasma*; cui adde

♁ *hyperic.* ℥j
ungu. rubr. potab. ℥ß.

Misc. pro Cataplasmate.

Cataplasmata discutiens contra tumores serosos.

℞. *summit. serpill. florent.* Mij
flor. cham. Mj.
rad. gentian. ℥ij
baccar. junip. ℥ij
lauri ℥j
sem. carv. ℥ß.

Incis. & contus. coqu. in s. q. ⊡a *puerorum* ad consistentiam pultis: *pulpæ trajectæ adde*

pingued. bubul. ℥iij.

M. pro *Cataplasmate* D. S.

Zertheilender Brey.

Aliud *Cataplasma ad bubones pestilentiales:*

℞. *HB Parid.* Mij
rad. lil. alb. ℥iß.
ficuum pingu. no. iij.

Coqu. in s. q. ▽a *comm:*

Pulpæ trajectæ adde
theriac. opt. ℥j
sapon. Venet. ℥iij ad ℥vj.
pulv. bufon. ℥iß.
fulig. camin. ℥j.

c. s. q. ♁ *lil. alb.* vel *arancar.* f. *Cataplasma.*

D. S.

Außziehender Brey.

Aliud:

℞. *HB Parid.* Mij
fol. Nicot. Mj.
rad. angel. ℥j.

Coqu. in s. q. ▽a *simpl.*

Pulpæ trajectæ adde
cepar. subciner. coct. ℥ij
theriac. ℥iß.
fulig. furni splend. ℥j.

M. redigantur in consistentiam *Cataplasmatis.*

Non commodè præscribit *MORELLUS*, quod Cataplasmata interdum applicentur post fotum, & in tali casu post decoctionem Vegetabilium pro fotu etiam materia restitans coquitur pro *Cataplasmate.*

Dabo exemplum: sit hernia scrotalis seu intestinalis, in qua ob fæces induratas intestina non possunt iterum reponi in locum naturalem; in tali casu sit præscribendus *Fotus humidus, emolliens & discutiens*, & post hunc *Cataplasma* similiter *emolliens & discutiens*, ita:

℞. *HB Malvæ*
puleg.
fol. laur.
flor. cham. à Mj.
rad. alth.
lilior. alb. à ℥j
bacc. laur. ℥vj.
juniper. ℥iij
sterc. caprill. vel ovill. ℥iß.

Coqu. in s. q. lactis: Colaturæ adde

succ. cepar. ℥j.

D. S.

Eusserliche Behung.

Imponi potest cum linteis duplicatis tepidè:

Postmodum *pulpæ dictæ & per setaceum trajectæ adde*

♁ *lil. alb.* à ℥ij.
chamom.
succ. cepar. à ℥j
sterc. ovill.
sem. anisi.
fœniculi
farin. semin. fœnu Gr.
lini à ℥ß.

M. pro Cataplasmate; addendo circa finem ulterius

Vitell. ovi no. j.
pulv. croc. Orient. ℥j.

M. D. S.

Erweichender Brey.

Cataplasma ad hydrocelen & herniam aquosam testium.

℞. *flor. cham.*
sambuc. à Mj vel ij.
sem. 4. calid. maj. à ℥iß ad ℥ij
sterc. caprill. ℥iß vel ij

Coqu. in s. q. ⊡æ pueri: *Colatura* D. S.

Eusserliche Bähung.

A colatura *remanens pulpa per setaceum trajectâ* recipiatur, & S.

Zertheilender Brey auffzulegen.

Decocto ipso foveatur pars affecta, & remanentia imponatur abdomini vel scroto, & sic una fidelia duos dealbamus parietes.

Hic est modus ordinarius præscribendi Cataplasmata: Fiunt etiam interdum talia Cataplasmata seu pultes ex fructibus pulposis, tàm maturis quàm immaturis coctis, vel in liquore appropriato, vel etiam coctis sub cineribus contusis, & cum pulveribus additis, & oleis appropriatis, compinguntur in formam Cataplasmatis. Talis Cataplasmatis formulam *dedi in Collegio Pharmaceutico, ubi de pomis*, quando sc. poma cocta dant Cataplasma appropriatum in ophthalmiis, aliisque oculorum affectibus: e. g. Sit præscribendum

Cataplasma contra vulnera, dolorem, percussionem oculorum.

℞. *pulp. pomor. dulc. ad mollit. coct.* ℥jv.
mucil. sem. cydon. cum sperm. rar. extr. ℥j ad ℥ß.
sacch. albiss. ℥iß
camph. parum.

M. D. pro Cataplasmate.

Conferatur *TIMÆUS in Consiliis l. 1. Cons. 21. pag. 48.* Recipiuntur interdum cydonia mala, eorumque sub cineribus coctorum pulpa, & permiscentur cum eadem pulveres aromatici in affectibus stomachicis & intestinorum, &c.

Facit etiam *MORELLUS* mentionem crustæ panis, quæ irrorata cum vino, & conspersa cum pulveribus appropriatis confert in quamplurimis abdominis affectibus: quæ tamen non est Cataplasma, sed quasi Fomentum & medicamentum sui generis: sic v. g. in vomitu recipitur convenienter crusta panis tosta, adspergitur vino Malvatico, vel etiam aceto rutaceo, &c. & ita madefacta & irrorata adspergitur cum pulvere nucis moschatæ, caryophyllis, zedoaria, galanga, cinnamomo & similibus in moderata dosi, & applicatur regioni stomachi: tanquam egregium in vomitu remedium: Eadem crusta panis applicatur eodem modo regioni umbilicali in diarrhœis & similibus intestinorum affectibus: In gravidis pro roborando fœtu recipitur talis crusta panis tosta, vel quod videtur quibusdam convenientius, panis mellitus irroratur cum ▽ vitæ mulierum, vel cum balsamo embryonum, qui etiam est instar ▽æ vitæ, adspergitur postmodum cum pulvere nucis moschatæ, antophyllorum, macis, &c. & applicatur umbilico pro roborando fœtu, idque cum felici successu.

MORELLUS etiam facit mentionem Cataplasmatis ex mica panis albi cocta in lacte: cui postmodum additur crocus & similia. Hoc Cataplasma est quasi generale & usitatissimum in quibuscunque doloribus compescendis: potest addi pro ratione circumstantiarum tantillum florum sambuci, qui sunt anodyni, item florum verbasci: sed tamen sæpius in genere præscribitur ità:

℞. *micæ panis albi* ℔ß
c. s. q. *lactis* fiat *Cataplasma*,
cui adde
℞ *chamom.* ℥ß
vitell. ov. no. ij
croci Orient. ʒij.
D. S.

Eusserlicher Brey wider die Schmertzen.

Cataplasma anodynum in dolore podagrico:

℞. *medull. panis tritic.* ℥iij
pulv. rad. althæ ℥j
flor. chamom.
farin. fabar.
semin. fœnu Gr.
lini a ℥iij
Coqu. in s. q. *lactis* ad consistentiam pultis:
adde
Unguent. anod. ℥j
Balsam. sapon. ℥ij
vitell. ov. no. j.
Misc. pro *Cataplasmate.* S.

Schmertzstillender Brey und Umbschlag.

Interdum *soli pulveres excipiuntur* conveniente *liquore*, & fit *Cataplasma*; v. g. fit

Cataplasma ad Tumorem testium oriundum *ex contusione.*

℞. *farin. fabar.* ℥iij
pulv. sem. cumin. ℥iß ad ℥ij
Coqu. in s. q. *Posca* seu *Oxycrati*, i. e. *Mistura ex part. j. aceti, & p. iij* ▽a:
Mistis adde
Lithargyri pulveris. ℥ß.
Misc. f. *Cataplasma*, S.

Resolvirender Brey.

Mentionem etiam facit *MORELLUS* modi, quando pulveres adstringentes excipiuntur albumine ovi & applicantur: id quod fit, ubi opus est, ut sistatur hæmorrhagia, ut impediatur nimius humorum affluxus in recentibus vulneribus, rupturis, fracturis, &c. ubi solent Chirurgi, perperam tamen, applicare tale Cataplasma cum liquore acri, aceto, vino austero, vel etiam ▽ simplici frigida, idque, uti dicunt, pro repulsione, nè nimis affluat sanguis: maledicta methodus!

Sit e. g.

Cataplasma ad hæmorrhagiam narium.

℞. *argillæ usta* sc. *calcin. ex furn. pistor.* v. g. extractæ M. ij
aceti acerr. q. s.
Commixta redigantur in formam Cataplasmatis, D. S.

Eusserlicher Umbschlag.

Frigidè immediate fronti & temporibus ac nuchæ cum linteo applicatur.

Imò ipsa interdum Ingredientia propria sub consistentia aut mixtione mutua in Cataplasmatis formam coëunt, citra aliud artificium, succulenta sc. plus minùs si fuerint: e. g. fit

Cataplasma contra Tumores serosos & Hydropes particulares:

℞. *cochlear. cum suis testis contusarum* ℔j.
pulv. sem. carv. ℥iij
sterc. caprill. ℥iv.
M. & si opus c. s. q. *vini* aut *posca* redigantur ad consistentiam *Cataplasmatis*, quod tepidè imponendum est, in resolvendis tumoribus efficacissimum.

Cataplasma pro renibus vel vesica *in suppressione urinæ.*

℞. *cepar. alb. crud.* no. vj.
allii no. jv.
Contusis in mortario adde
pingued. anserin. q. s.
℞ *scorpion.* parum
M. pro *Cataplasmate*, adspergendo aliquot gutts *olei destillati juniperi.* D. S.

Treibender Brey.

Pertinet huc stercus vaccinum, quod recens ceu singulare anodynum Cataplasmatis forma imponitur, v. g. podagra dolentibus: succurrit pariter aliis doloribus ac tumoribus, præsertim cuivis dolori inflammatorio, vel solum, vel cum oleo rosarum impositum: sic stercus suillum cum ▽ fervida subactum, & abdomini instar Cataplasmatis insternitur, egregio successu sub nimio mensium fluxu. Cataplasma ex fimo equino in vino cocto, vel succus ejus cum mica panis, secretum est contrà gangrænam: conf. *Cataplasma compositum Barbette Chir. l. 1. cap. 14.*

Si quoque ex stercore caprillo, cocto in posca, vel etiam subacto in urina pueri, fit potens Cataplasma discussivum pro discutiendis latibus, & resolvendis tumoribus. Pro discussione imprimis conveniunt Cataplasmata ex stercoribus in tumoribus pedum œdematosis, in quibus stercora coquuntur in urina propria, & miscentur pro Cataplasmate, item in tumoribus feroti, qui non sunt rari.

Fermentum quoque solum Modernis sæpe corpus cataplasmatum extemporaneum subministrat, additis aliis appropriatis, pro usu partium internarum destinatur. Modus hic valdè est proficuus in quamplurimis morbis: sic v.g. in nimio singultu, in nimio vomitu & cholera, ex stomachi affectibus est Cataplasma, factum ex fermento cum pulveribus appropriatis, & applicatum externè regioni stomachi, quod convenienter applicatur cujuscunque sexus & conditionis personis. Si gravidas vexet vomitus in ultimis mensibus, quod non fit rarò, usitatissime

tissimè & cum fructu applicatur istiusmodi Cataplasma. Compositio est talis:

℞. *fermenti acerrimi* ℥iij
pulv. menth. crisp. ℥j.
pulv. flor. cham.
zedoar. à ℥ß.
baccar. jump. ℥iij
lauri. ℥iß
aceti flor. tunica, vel *sambuci* q. s.

M. F. *Cataplasma*, irrorandum cum
℞ *destillat. cumini*
carvi
chamom.
zedoar. à gtt. vj.

Applicetur externè, estque egregium in istis affectibus stomachi.

In affectibus ventriculi plurimis laudatur cataplasma ex fermento cum aromatibus, ad imitationem *MYNSICHTHII Armam. Sect. 37. p. 520. & 524.*

Aliud *Cataplasma stomachale* polychrestum:

℞. *Ferment. acerrim.* ℥iij
Hß menth. ℥j
zedoar ℥ß.
sem. anisi
cumin.
fenic. à ℥iij
aceti rosac. q. s.

F. l. a. *Cataplasma*: irroretur aliquot guttis *& ei destillati macis & caryophill.* D. S.
Anhaltendes Magenpflaster.

Sic notum est, quod fiat cataplasma convenientissimum ex fermento cum succino applicandum syncipiti in catarrhis, quos vocant fallò, suffocativis, utut hæc praxis sit valde ridicula. Sit tamen, quicquid sit, sequens Cataplasma potest præscribi.

℞. *ferment. vet.* ℥vj.
succin. præp. ℥ß.
℞ parum
Misc. F. *Cataplasma.*

Applicetur suturæ coronali cum linteo.

Simile *Cataplasma*, cujus basis est fermentum, applicatur commodissimè plantis pedum in deliriis, cephalalgiis & vigiliis nimiis febrium ardentium, & in specie malignarum, qui multùm commendatur, & aliquoties ego ejus usum felicem vidi

℞. *ferment. acerr.*
fol. ruta rec. à Mij
rad. rapho. no. ij
℞ *cumm.* Mj.
℞ *ruta rec.* q. s.

f. l. a. *Cataplasma.*

Applicetur plantis pedum, si exsiccatum fuerit, de novo applicandum. Mira certe præstat in prædictis morbis.

Loco foliorum rutæ possunt sumi *folia sedi* seu *sempervivi majoris*; & quoniam raphanus malè olet, potest omitti, & in majori dosi recipi folia *sempervivi & rutæ*: nihilominùs valdè conveniens, si admisceatur raphanus.

Hi sunt modi, quibus fiunt cataplasmata: exactiùs hæc qui cupit, videat *MORELLUM.*

Puls, quem *MORELLUS* habet, est eadem cum Cataplasmate, propterea præscriptio ejus etiam erit eadem.

Sed, quamdiu hæc omnia probè calent, res benè habet; simulac verò parum interfuerint, offenditur tactus & cutis, unde nil emolumenti: expertus hæc loquor. Sanè eædem difficultates, quas supra circà epithematum usum insinuavi, premunt pariter fœpiùs & fotus humidos & cataplasmata: Siquidem hæc tumoribus, præsertim calidis applicata, necessariò ex allegata causa pororum constipationi occasionem præbent, & transpirationem in iisdem ad. ō necessariam impediunt, repellunt, & nervosiori loco gangrænam citiùs accersunt, &c.

Cataplasmata Vesicatoria huc pertinent, quorum loco Veteres sæpiùs usurpabant Sinapismos, ita dictos à basi, quæ fuit semen sinapi: permiscetur cum pulvere ficuum, & applicatur. Nam notum est, quod omnia simplicia, quæ constant sale valde volatili & acri, ut est semen sinapi, ranunculus, flammula, pyrethrum, zingiber, euphorbium, &c. extrinsecus admota, cuti soleant inducere & excitare ingentem ruborem, & ita facere magis quandam attractionem: ubi ergò opus fuit hac attractione, Veteres applicarunt Sinapismum.

Moderni loco eorum adhibent Vesicatoria, quæ sunt fortiora Sinapismis, & fiunt ex basi cantharidum, ratione quarum excitantur successive vesicæ, modò citiùs, modò tardiùs, prout vel copiosiores vel pauciores sunt cantharides; & prout ingredientia permista magis vel minùs sale volatili, cantharidum acre causticum corrigunt.

Applicantur talia Vesicatoria ad magnitudinem thaleri variis in locis, v. g. carpis manuum in statu febrium malignarum & ardentium apud Italos; item tibiis, item temporibus, pone aures, ubi erumpere solent parotides, non sine successu feliei ad promovendam expulsionem malignitatis; quoniam rarò usurpant Sudorifera: In arthritide, malo Ischiadico & similibus morbis, à lympha acida oriundis, conducunt optimè pro evacuanda tali lympha, & impediendo motu ad articulos: in specie ad affectus capitis multùm conducunt tales vesiculæ, si nuchæ applicentur in soporosis affectibus, in apoplexia & vertigine, & in specie in affectibus oculorum optimè conveniunt vesicæ in nucha excitatæ. Ulteriùs in tumoribus aperiendis, imprimis malignis, in bubonibus & anthracibus; commodissimè tales vesiculæ excitari solent, ne materia venenosa introrsum versus regurgitet, & ita cum præsenti ægri periculo repeliatur. Applicata ita Vesicatoria ex cantharidibus parata, penetrant sensim, sensimque sale suo volatili, & partem quasi adurunt, ut elevetur in vesicas, aqua limpidâ plenas. Quod si in morbis periculosis ex applicatis his Vesicatoriis nulla sequatur operatio, nullaque excitetur vesica, certissima expectanda est mors: hinc etiam in corporibus mortuis etiam fortissima Vesicatoria applicata, vesicam nullam excitant; unde in ægro, si non operentur, felicissima expectanda est ad mortem curatio.

Præscribuntur vel sub forma Emplastri, vel sub forma Cataplasmatis: Usitatius usurpantur sub forma Cataplasmatis cum fermento, sed malè; Communissimus tamen Chirurgorum mos est, unde ut præscribendi ratio constet:

℞. *fermenti acerrimi* ℥j
cantharid. ablatis alis & capitib. ℥ij.
c. s. q. ▽ *a vitæ*, vel, ut alii faciunt, *aceti* malaxentur invicem, S.
Blasenziehender Brey.

Dehinc quantitate magni imperialis ad crassitiem medii digiti applicetur loco, ubi excitari debet vesica.

His ipsis interdum pro stimulo solet addi pulveris euphorbii & sinapi cum pauco aceto destillato.

Modus præscribendi est talis:

℞. *ferment. Vet.* ℥ij vel ℥ß (plus minus pro varietate scopi)
sem. sinapi pulv. ℥j
cantharid. ablatis alis & capit. gr. jv.
Cum pauco ☒o fiat *Cataplasma*, S.
Blasenziehender Brey.

In corporibus crassioribus & robustioribus, in lethargo, aliisq; affectibus soporosis & comatosis fortiùs agendum, & fortiora præscribenda Vesicatoria.

℞. *ferment. acerr.* ℥ß.
pulv. castor.
canthar. à ℈j
euphorbii gr. xij
F. *Cataplasma* in quantitate Thaleri, S.
Blasenziehend Pflaster.

Applicatur nuchæ in lethargo & similibus affectibus soporosis, quoniam ibi opus est, ut concitetur dolor, ut evigilet æger: sin vero sint lenia, & non excitentur vesicæ cum dolore, tunc sine fructu applicantur.

Minus tamen commodè fiunt cum fermento; quia

(1.) vis cantharidum in sale volatili acerrimo consistit, quæ per addita acida in fermento & acero obtunditur.

(2.) non adhæret fortiter parti, sed modo huc, modo illuc fluctuat, loco vesicæ sparsæ excitantur pustulæ.

Præfero igitur Emplastra Vesicatoria: Interim & aliud Cataplasma vesicatorium fieri solet, beneficio micæ panis, vel pulpæ ficuum, quæ subigenda cum cantharidibus. Præscribitur hoc modo:

℞. *pulpæ ficuum*, ℥ß.
cantharid. ablatis alis & capit. ʒij.
Subigentur cum ▽ pro *Cataplasmate*.
D. S.
Blasenziehend Pflaster.

Quando applicatum est Vesicatorium, tunc excitatur vesica, quæ excitata aperitur acu, & evacuetur humor contentus, & ne citò denuò exsiccentur vesicæ aut consolidentur, applicatur folium brassicæ rubræ leviter torrefactum, & mirabile est, quantum soleat elicere continuò humorem, quia instar fontanellorum evacuant. Hæc folia brassica, quamdiu manent applicata, vesica manet aperta, illis verò remotis, consolidatur: nam sola cuticula seu epidermis separata est à cute. Tales vesicæ sunt quasi succedaneum fontanellorum, & quasi fontanella parva, quoniam pura lympha, seu serum exit.

Sinapismi in desuetudinem abierunt, quos loco vesicatoriorum usurparunt Veteres in affectibus oculorum, in specie in lippitudine, inflammatione, & similibus oculorum affectibus, in corpore delicatulo: Nam corpora dura ferunt fortiora, delicatula non item; unde in robustioribus semper miscendi cum fermento vel pulpa ficuum cantharides, in delicatulis saltem è contrà methodo Veterum in solo sinapi subsistitur: e. g. fit

Cataplasma rubificans contra dolorem syncipitis insignem, sæpius recurrentem, cum gravi oculorum dolore, occipiti seu nuchæ applicandum.

℞. *ferment. acerrim.* ℥j.
succin. ʒij
sem. sinapi flavi contus. ℥ß. ad ʒvj.
c. f. q. ▽ f. l. a. *Cataplasma nuchæ applicandum.*
D. S.
Eusserlich auffzulegen.

Possunt, si opus est, seminis erucæ ʒij adhuc pro stimulo addi.

CAP. V.

DE INUNCTIONIBUS VARIIS, LINIMENTIS, ET EMPLASTRIS.

ULtimum Caput generale præscriptionum Externa saltem subministrat, illa quæ inunguntur, & unguinosa & glutinosa consistentiâ partibus externis adhærent, ex oleosis præprimis, hisque cognatis subjectis sulphureis parata, cum terebinthina & cera, similivè corpore exceptâ; vel ex mucilaginosis cum melle composita, sive tenuius sub forma linimenti, vel spissius sub forma unguenti, sive crassissimum in emplastro vel Cerato illud velimus. Paucissima enim talia sunt, quorum internus etiam sit usus, ut ungventum rubrum potabile, *Balsamus fœniculi HORSTII Observ. l. 2. Observ. 42. pag. 109. & l. 11. Observ. 22. p. 558.* Sed hæc particularia & planè singularia nos non remorantur. Omnium externarum Inunctionum Ingredientia sunt primaria Olea ceu basis, & Cera, ceu id, quod corpus & consistentiam largitur. Olea sunt nunc destillata, nunc expressa, & cum his parata olea infusa vel incocta. His posterioribus accedunt ferè in consistentia tanquam analoga, seu congenera, & plus minùs miscibilia, butyra, axungiæ, pingvedines, seva, medullæ animalium, mucilagines, fella, resinæ molliores, sapones, ut plurimum facili igne liquabilia, & olei instar applicabilia. Ceræ verò respondet colophonia, omnes resinæ spissiores, ut pix, mastix, benzöe, &c. gummata: quorum plurima amphibia videntur, dum & in aëre & in aqua vivunt, seu oleosis ac aquosis menstruis solubilia existunt, quod ex mistione duplicis substantiæ gummosæ cum incluso copioso nucleo resinoso accidit: tamen ob consistentiam & proprietates, respectu ignis & nostri ad ceram referuntur, ut galbanum, ammoniacum, bdellium, myrrha; nonsecus ac aliæ resinæ spissæ, ut pix quævis &c. Terebinthina medio intercedit loco, & præter hoc, quod ob vires suas in vulneribus & ulceribus egregias, ob quas meritò *Balsamum Europæum* seu *Septentrionale* audit, valdopere consolidans, & quamcunque corruptionem & alterationem arcens, polychresta sit, utrisque & oleosis & cereis subjectis sociabile existit, adeò ut gummatis & reliquis uniendis optimè inserviat: ut faceam resinam hanc & copiosum subministrare oleum, ceram duriusculam, & quasi piceam pariter suggerere. Vinculi ergò instar hæc interdum considerari, interdum, ubi ingredientis primaria vice defungitur, ad olea referri debet.

Ordinaria & potiora hæc Inunctionum sunt Ingredientia, quibus extra ordinem non rarò penitus supervacancè alia adduntur: ut pulveres varii pro varietate scopi, primariò metallici & minerales, ceu adjuvantia, & maximè ex ♄no vel ex Venere; notum enim est, quod eadem promptè ad se alliciant acidum: Sic v.g. ex plumbo qui ingrediuntur pulveres, sunt plumbum ustum, ceruſſa, saccharum Saturni, minium, lithargirium, &c. Ex ære sunt imprimis viride æris egregie detergens & abstergens ulcera maligna & putrida. Unde ungventum Ægyptiacum, cujus basis est viride æris, commune est refugium Chirurgorum in ulceribus cacoëthicis, & in imminente jam gangræna, item æs ustum, tutia, & pompholyx; quò pertinet etiam Lapis calaminaris, qui lapis, & ex eo paratum emplastrum, egregium est in consolidandis & incarnandis ulceribus & vulneribus.

Post mineralia, & pulveres Vegetabilium Inunctiones ingrediuntur; cautè autem pulveres sunt admiscendi, quia inviscantur propter oleosa, ut parum vel nihil de suis virtutibus possint exercere.

Pro-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1400-9 DFG

Propterea magis consultum est ex Modernorum methodo, quæ tantùm miscent ea, quæ sunt miscibilia, & promptè unibilia, omissis, vel parcè admistis iis, quæ sunt sicciora, & pulverisabilia: propterea miscent terebinthinam cum oleis, & addunt gummata ac similia, quorum vis in unum conspirans elegantissimum dat unguentum. Non rarò etiam succi Vegetabilium, sive expressione, sive decoctione parati unguenta & Emplastra ingrediuntur, quò & acetum pertinet, tamdiu ob ▽ei cum oleoso compatibilitatem coquendi, donec, quicquid fuerit ▽ei, exhalaverit, & ita mutuò se jungant partes succulentæ cum pinguibus & fiunt Emplastra & unguenta valdè efficacia & penetrantia.

Tandem & mel, concretum ob particularem texturam, respectu hactenus recensitorum, sui generis oleosum, in recessu, aquosum tamen & gummosum in superficie, ob id vegetabilium succis optimè sociabile. Sæpiùs ingreditur Unguenta, quæ usurpantur ad mundificanda ulcera, quoniam potenter detergit & abstergit sordes. Mucilagines denique Vegetabilium quorundam, quæ & cum butyro animalium Linimenta & Unguenta ingrediuntur, adeoque olea vegetabilium hoc in passu analoga ferè habentur.

Miscentur hæc ingredientia vel sine, vel cum igne: sine igne simpliciter per tritum, species cum oleo in mortario subigendo, sensim oleum affundendo, & ita tritum continuando, donec debitam consistentiam acquisiverint, quod nutritum aliàs dicitur, & in Emplastro triapharmaco Mesue locum invenit: cum igne, oleo & ceræ, invicem liquatis alia addendo, miscendo, interdum etiam, ubi opus est, colando, cujus exempla passim prostant. Imò non pauci sunt, qui destillant res destillandas in oleum, & his oleis destillatis postmodum infundunt Vegetabilia sicciora, digerunt, & tandem filtrant, post cum terebinthina (quæ est quasi basis emplastrorum & unguentorum Chirurgicorum) & cera redigunt in Emplastra & Unguenta valdè convenientia in usu Chirurgico in morbis externis. Et tales Misturæ posteriores vocantur Balsama Unguentaria & vulneraria: Nam, quò magis & melius sese ineunt ingredientia emplastrorum & unguentorum, eò meliorem & efficaciorem habent usum.

Ratione consistentiæ sunt triplicia: vel Linimenta, vel unguenta, vel Emplastra; prout enim jam variat Ingredientium horum proportio, etiam coalescens inde variat inunctio. Dum oleosa sola, aut si illorum ℥j, ceræ ʒj pulverum ℥ß miscentur, *Linimentum* dicitur: dum vero ℥j adduntur ceræ ℥ij, & pulv. ʒj, coëunt in consistentiam *unguenti*: in *Ceratis* præeminet cera, ita, ut ceræ ℥iß, olei ℥j pulveris ʒiß ad ℥ij coëant; Sin verò ♁ei & ceræ à ℥j, pulveris ℥ß in genere misceantur, Emplastrum habebitur, cui tantum non omni terebinthina proportione moderatâ solet addi: Vid. *MORELLUS* qui satis est clarus, ut non opus sit, multa addere. Quod si emplastro liquefacto immergatur linteum cujuscunque figuræ, ita, ut utrinque eodem obducatur, *Sparadrapum* dicitur. Uno nomine: magna hic de re exili fabula: promptè enim ex unguento *Linimentum*; ex utroque additione ceræ *Ceratum*; hinc cum terebinthina *Emplastrum*; & ex hoc per copiam olei *Unguentum* fieri potest. Quantò plus enim accipitur ceræ, tantò crassiorem habent consistentiam, & erit Emplastrum vel Cerotum; ubi verò minus accipitur ceræ, mistura erit melior instar unguenti. Quod si pix baseos locum occupet in emplastro, egregie hinc penetrante & resolvente, *Picatio*, item *Dropax*, appellatur.

Quoad *Linimenta*: ita dicuntur ab illinendo, quoniam illinuntur parti, atque dum ita illinuntur, suô fotu aut illitu confortant vel alterant partem; hinc facilè patet, in quanam consistentia sint præscribenda: gaudent nimirum consistentia fluidiore, & saltem ex oleis ut plurimum constare solent. Pro varietate autem oleorum nomina eorum rursus variant: olea enim destillata vel seorsim parata junguntur, vel invicem destillata sub univoco liquore usurpantur, & imprimis tunc Balsamorum nomine veniunt, sive in olei liquidi forma, sive cum corpore pro balsamo excepta, in Linimenti consistentia applicentur.

Corpus pro balsamo usitatius est oleum nucistæ, partim, ut ejus quasi amplexu retineatur vis oleorum aromaticorum volatilis, nimis promptè exhalans, & ut hoc modo coërcita sine viri mjactura persistere queant, partim ne olea destillata acrimonia suâ pruritum pustulas, ardorem, &c. excitent.

Modus præscribendi exsequent. formulis clarior erit:

Sit ergo

Balsamus Stomachicus,

præscribendus in vomitu & diarrhœa.

℞. ♁ *nuc. mosch expr.* ℥ij
bals. Peruv. ℥j
♁ *destillat. mac.* ℈ß.
M. D. S.
Magenbalsam.

Omnia enim sunt penetrantia:

Item alio modo:

℞. *Balsam. Peruv.* ℥j
♁ *destillat. anisi*
fœnic.
macis à ℈ß.
carioph. gtt. v.
cinnam. gtt. ij
Corp. *pro balsamo* q. s.
M. S.
Magenbalsam gegen die Biehung.

Item:

℞. ♁ *express. nucistæ* ℥ij
destillat. anisi
macis à ʒß.
caryoph.
cinnam. à ℈ß.
M. S.
Magenbalsam.

℞. ♁ *destillat. mastich.* ℥ij
macis ℈j
carioph.
cinnam. à ℈ß.
Excip. c. s. q. ♁ *express. nuc. mosch.* pro *Balsamo.* S.
Magenbalsam.

℞. ♁ *destillat. bacc. junip.* ℥j
menth. ℥ß
macis
caryoph. à ℈ß.
cinnam. gtt. v.
C. s. q. ♁ *nucistæ* misc. pro Balsamo, S.
Magenbalsam.

Inungitur talis Balsamus sine ullo alio apparatu regioni ventriculi, præsertim isti, quam scrobiculum cordis vulgò appellant, & latere probè calefacto desuper imposito, vis penetrativa oleorum destillatorum animatur, ut aperiantur pori, laxentur fibræ, & meatus anteà ferè occlusi fiant admodum patuli & aperti; Atque ita externa spirituosa & oleosa, quò eò citius & potentius interiora versus penetrent: Vid. *MAYOR in Script.*

de

de Inunct. ventriculi. Non est particularum volatilium harum interior penetratio de nihilo. Memini aliquando, ex tali balsamo applicato, ob crebriorem vomitum, ægrum à me interrogatum, cujus qualitatis & saporis sint ista rejecta, respondisse, percipere se in iisdem eundem saporem, qualem odorem ex Linimento applicato alias percipe-ret.

Balsamus Cephalicus Apoplecticus;

℞. *petroll. albi* ℥ij
℘ *destillat. succin.* ℥j
lavend.
major.
spicæ à ℈j

Misc. cum vel *sine corpore*, vel *cum eo oleo* nempe *nucistæ expresso. S.*

Hauptstärckender Balsam.

Balsamus Carminativus.

℞. ℘ *anethi*
chamom. à ℥ij
destillati anisi
carvi vel *cumini*
bacc. lauri à ℈j.

c. s. q. ℘ *expres. nucistæ* F. *Balsamus S.*

Eusserlicher Balsam gegen die Blehung.

Vel cum s. q *cera* aut *emplastri de baccis lauri* F. *Unguentum.* Quibus si addatur *tacamahaca*, c. s. q. *terebinthinæ* malaxat, fit *Emplastrum* inducendum superalutam:

D. S.

Eusserlich Pflaster gegen die Blehung.

Balsamum præservans manus & pedes à lesione frigoris externi.

℞ ℘ *express. rapar* ℥j
destillat. terebinth. ℥ß.
Corp. pro balsamo q s.

M. S.

Vel

℞. ℘ express. sem. rapar. ℥ß.
petræ alb. ℥ij.
destillat. succin. ℥j.
terebinth. ℥ß.

c. s. q. *corp. pro Bals.* Misc.

Balsamum Vulnerarium:

℞. ℘ *hyper.* ℥j
momord. ℥ß.
bals. ♃is ℥iij
℘ *express. nucistæ* q. s. pro incorporatione S.

Wundbalsam.

Olea quandoque absolutè præscribuntur, pro Linimentis, & tunc vocantur olea, S.

Eusserliche öhle.

Intelliguntur olea per infusionem & decoctionem parata.

Pro Linimentis porro olea & expressa & Decocta simul junguntur cum oleis destillatis, quorum tripla vel quadrupla respectu illorum sufficit proportio; quoniam olea destillata sunt penetrantissima, olea infusa sunt inertia, olea expressa mediæ naturæ, v. g. sit præscribendum:

Oleum contra lumbricos infantum:

℞. ℘ *express. amyg. amar.*
diacolocynth.
destillat. absynth. ℈j

M. D. S.

Eusserlich öhl gegen die Würmer.

Vel cum s. q. *Cera* f. *Linimentum* S.

Eusserlich Sälblein wieder die Würmer.

Oleum seu *Linimentum somniferum.*

℞. ℘ *express. sem. papav. alb.* ℥ij
hyoscyam. ℥ß.

M. D. S.

Schlaff-Sälblein.

Linimentum in Gravedine & obstructione narium.

℞. ℘ *Irin.*
Nicotian. à ℥j
destillat. major. ℈ß.

M. S.

Eröffnendes öhl zur Nase.

Vel:

℞. ℘ *Irin.*
Nicotian. à ℥j
express. nigellæ ℥ß.
destillat. anisi
major. à gtt ij.

M. F *Linimentum.* S.

Eröffnend Sälblein zur Nase.

quo nares crebrius interne inungantur.

Linimenta spissiora communiter ingrediuntur axungiæ & pingvedines animalium: e. g. sit

Linimentum Antipleuriticum:

℞. *pingved. muris mont.*
℘ *chamom.* à ℥j
amygdal. dulc.
sev. hirc. à ℥ß.
℘ *destillat. terebinth.* ℥iij

M. D. S.

Eusserlich öhl gegen die Schmertzen.

Vel

Misce c. s. q. *Cera*, f. Ungventum, S.

Eusserlich Sälblein gegen das Seitenstechen.

Linimentum Carminativum:

℞. ℘ *anethi*
chamom. à ℥ij
destillat. anisi
carvi
chamom.
cumin. à ℈j.

M. f. *Linimentum;*
Cum s. q. *cera Ungventum;*
Cum *corpore pro Balsamo* F. *Balsamus;*
Cum *Tacamahaca* permista dant *Emplastrum.*

Linimentum discutiens in tumore ex contusione:

℞. ℘ *chamom. per infus.* ℥ß.
express. amyg. amar. ℥ij.
anethi
destillat cinnam.
fœnic. à ℈j ad ℈ij

Cum pauco *cera* f. *Linimentum* S.

Erweichend und zertheilend Sälblein.

Cæterum in compositione horum Linimentorum pro majore efficacia nonnunquam aliquid pulverum vel pulverisandorum solet admisceri, modo observetur, quod talia addenda in Linimentis sint penetrantia & subtilia, quoniam Linimenta debent penetrare, & propterea subtilia & penetrantia eorum debent esse ingredientia, ne infarciantur pori, atque sic impetus olei & ejus penetratio impediatur; in tali enim calu ad ℥j olei vix ℥ß pulverum potest admisceri.

Dabo

Dabo e. g.

Linimentum in dolore pleuritico à me expertum in quadam pleuritica, quod tale est:

℞. *Pinenced. muris mont.* ℥ß.
℞ *chamom. per infus.* ℥ij.
absinth. ℥j.
destillat. cumin. ℥ß ad ℥iß.
croci ℈ß ad ℈j.
camph. gr. v *ad* ℈ß.
M. pro *Linimento*, S.
Schmertz-stillendes Sälblein.

Hoc calidè illinendum repetitur aliquoties, semper imponendo laterem calefactum: camphora & crocus potenter penetrant.

Ad mucflagines & seva animalium etiam pertinet zibethum, quod non ratò etiam additur Linimentis ad sistendum dolorem, imprimis colicum: v. g. oleo nucis moschatæ expresso, oleo chamomillæ, vel oleo sambuci adduntur aliquot grana, estque sic præstantissimum remedium. Observetur autem: ut aliquot tantùm grana permisceantur aliquot drachmis, seu ℥ß oleorum; quoniam est pretiosum, & valde potens remedium.

Interdum unguenta officinalia per olea appropriata diluta in forma Linimenti præscribuntur, v. g. sit

Linimentum ad scabiem:

℞. *Unguent. diapompholyg.* ℥j.
℞ *Nicotian.* ℥ß.
balsam. ♃*is* ℥iij.
M. F. *Liniment.* S.
Sälblein.

Vel cum s. q. *cera* f. *unguent.* S.
Reinigende Salbe.

Linimentum Carminativum:

℞. *Unguent. Carminat. Zwelf.* ℥j.
℞ *destillat. 4. sem. calid. maj.* à ℈ij.
caryoph.
menthæ à ℈j.
M. F. *Linimentum*, S.
Sälblein wider das Reisen.

Linimentum pro dolore nephritico:

℞. *Unguent. dialth.* ℥j. ad ℥iß.
℞ *amyg. dulc.*
lil. alb. à ℥ij ad ℥ß.
scorpion. ℥iij.
petr. alb. ℥iß.
destillat. baoc. juniip. ℥ß.
M. D. S.
Lindende Salbe gegen den Lenden-Schmertzen.

Illinatur regioni lumbari contra torturam & dolorem nephriticum. Posset quoque addi oleum papaveris expressum pro dolore sistendo, item aliquot grana laudani opiati, quæ & ipsa sistunt. Vel

℞. *Unguent. dialth.* ℥j.
petrol. albi ℥vj.
M. F. *Linimentum.*

Item:

℞. *Unguent. popul.* ℥j.
℞ *scorpion.* ℥ij.
M. F. *Linimentum.*

Linimentum contra gravedinem & aurium obstructionem:

℞. *Unguenti rosat.* ℥ß.
ol. destillat. lavend.
majoranæ
rorism.
spicæ à gtt. v.
M. F. *Linimentum* S.
Eröffnend Nasen-Sälblein.

Linimentum anodynum pro cephalalgia:

℞. *Unguent. rosac.* ℥ß.
ol. express. sem. papav. alb. ℥ij.
nucistæ ℥j.
sem. hyoscyan. ℥ß.
M. F. *Linimentum.*

Interdum alia, modò sub mistione debitam consistentiam acquirant, in Linimenti forma præscribuntur.

Linimentum ad pediculos:

℞. *Pulv. coccul. de Levante*
vel
rad. gent. ℥iß.
helleb. alb. ℥ß.
c. *ol. Nicotian.* f. *Linimentum.*

Irrorentur sub mistione aliquot guttis *olei destillati spicæ*,

F. *Linimentum*, S.
Sälblein gegen das Ungezieffer.

Vel

Linimentum in tinea capitis & ad pediculos:

℞. ⊖♀ *p. d. resol.* ℥iij.
ol. amyg. dulc. rec. expr. q. s.

Pro consistentia *Linimenti* adde
olei destillati spicæ ℥ß.
Misc. S.
Reinigende Salbe.

Linimentum contra lumbricos:

℞. *Aloës hepat.* ℥j.
myrrh. electi. ℈j, ℥ß ad ℈ij.
c. s. q. *fellis tauri* plùs minus inspissati subacta S.
Wurm-Sälblein.

Frustulo vesicæ bubulæ vel suillæ palmæ magnitudine superinducitur, & ita umbilico applicatur, relinquendo, quamdiu adhæret.

Linimentum purgans:

℞. *Elaterii* ℥iij.
scammon. ℥ß.
extract. trochisc. alhand. ℥j.
c. s. q. *ol. diacolocynth.* probè subacta redigantur in consistentiam *Linimenti.*
Vel
cum s. q. *axungia porcina* vel *hircin.* f. *unguentum.*
D. S.
Laxirende Salbe.

Illinitur abdomini, & regioni umbilicali ad aperiendam alvum.

Vel *pro purgatione infantum:*

℞. *Aloës* ℥ij.
scamm. scrup. j.
fell. tauri inspiss. ℥j.
butyri rec. q. s.

Hæc umbilico illinantur sub forma *Linimenti.*

Consistentia si sit spissa vocatur

UNGUENTUM.

Quod attinet præscribendi modum: cùm hæc majoris subindè sint apparatus, ac tardiùs ob id perficiantur, ordinariò recipitur vel unguentum officinale quoddam, vel additur oleis corpus pro debita consistentia.

Dabo exemplum: sit præscribendum *Unguentum emolliens & anodynum*, tunc sumo unguentum officinale, & præscribo hoc modo:

℞. *Unguent. alabastrin.*
dialth. a ℥ij.
ol. express papav.
destillati anethi à ℈j.
c. f. q. *ceræ* F. *Unguentum*, S.
Erweichend Sälblein gegen die Schmertzen.

Unguentum anodynum in cephalalgia:
℞. *Unguent. alabastrin.* ℥ß.
medull. crur. vitul. ℥ij.
ol. express papav. alb. ℥j.
hyosc. ℈ß.
c. l. q. *ceræ* f. l. a. *unguentum*, S.
Schmertz-stillende Salbe.

Aliud *unguentum in dolore capitis febrili:*
℞. *Unguent. alabastr.* ℥iij.
Phil. n. Roman. ℥ß.
ol. express. nucist. gr. jx.
M. F. *Unguentum*, S.
Sälblein zum Schlaffen.

Unguentum ad scabiem:
℞. *Unguent. enul.* ℥j ad ℥iß.
vel
unguent. enul. & diapomphol. à ℥ß ad ℥vj.
flor. ♃is ℥iij ad ℥ß.
c. f. q. *ol. Nicotianæ* f. *unguentum*, S.
Remigende Salbe.

Ne verò ob pulveres adeò spissum fiat, addi poterit *oleum ☾i per deliquium*, quod ob sal alcali radicitùs extirpat scabiem. Quod si loco sulphuris, & sociandi ipsi semper alcalisati, recipiatur ♀ *dulcis* ℥j ad ℥ij vel ℥iij, iisdem & longè pluribus usibus in affectibus cutaneis hoc ipsum inserviet.

Utrinque saltem articulationi crurum circa genua & poplitem, ac bracchiorum, circa cubitum & carpum in graviore malo, etiam circa digitorum interstitia illinitur: idque saltem vesperi sub introitu lecti, partes à frigore bene muniendo, manè verò urinâ calidâ abluendo.

Unguentum alcalinum absorbens acidum in tinea capitis, & fugans simul pediculos:
℞. *Unguent. pedicul.* ℥ij.
O♀ ℥ ß.
ol. Nicotian. ℥vj.
M. F. *unguentum.*

Unguentum mundificans:
℞. *Succ. absinth.*
apii à ℥jv.
mell. rosat. col. ℥vj.
ebulliant ad consumptionem aquositatis, adde
pulv. ⊕ ℥iß. cum aceto squillit. probè subact.
myrrhæ ℥iij.
M. probè ad consistentiam *unguenti.*

Pertinet huc:
Unguentum Fuscum Wurzii correctum.
℞. *mellis depur.* ℔ß.
extract. veron.
plantag.
chelidon. maj. à ℥iij.
Extracta solvantur in ✠to, vel, quod meliùs, in *phlegmate vitrioli*, & moderato ♃e continuò agitando inspissentur ad consistentiam debitam: circa finem adde
♀a ⊕ *l. dulc.* ℥ij.
⊕ ℥ij.
M. F. *unguentum.*

Unguentum contra ambustiones:
℞. *Cort. medii sambuci*
tiliæ à Mij.
▽ *comm.* ℔ ij.
digere calore moderato per 2 ☌; adde
fimi ovilli ℥j.
crem. ♀a ℥ij.
coqu. lentè ad consumptionem superfluæ humiditatis, trajiciantur per sacculum lineum fortiter, adde
mellis candidi q. s. pro consistentia *unguenti*, S.
Brand-Salbe.

Elegans *unguentum magistrale contra ambusta* per frixionem in butyro, describit *BARBETTE l. 3. Chirurg. c. 6.*

Unguentum contra scorbutum oris & cognata symptomata:
℞. *Flor. balaust.*
malv. arbor.
pulv. rad. bistortæ à ℥j.
myrrh. elect.
alum. usti à scrup. j. ad ℥ß.
Mellis rosat. q. s.
Melli ad ♃em liquefacto calenti inspergantur sensim pulveres, M. F. *unguentum.*

Illinuntur hoc ipso gingivæ bis vel ter de die, præsertim à pastu, deinde vino rubro vel alio simplici abluantur. Imò mel solum depuratum aut rosatum cum ~u salis ad sufficientem acorem tinctum, ceu optimum Linimentum laudatur: Vid. *DECKERS Comment. in Barbett. Praxin lib. 3. cap. 3. pag. 156*, ubi de scorbuto elegans ibi Linimentum contra scorbutum oris describit.

Unum adhuc moneo de unguentis in genere: non rarò permiscetur theriaca cum oleis vel cum unguentis appropriatis, idque imprimis in affectibus abdominis & stomachi, ubi opus est vel doloris sedatione, vel nimii motus inhibitione, uti est in vomitu & diarrhœa.

Exemplum sit hoc:
℞. *Theriac. Androm.* ℥ij.
ol. express. nuc. mosch.
balsf. Peruv. à ℥iß.
M. F. *unguentum*, S.
Eusserlich Sälblein.

Contra odontalgiam & junctam hemicraniam:
℞. *Theriac. Androm.*
tacamah. pulveris. à ℥ß.
balsf. Peruv. ℥j.
M. D. S.
Stillendes Sälblein.

Inducitur in mediocri consistentia super linteum, & applicatur universæ malæ dolenti. Quod si phlogosis quasi erisypelacea adsit, omissâ Tacamahacâ ⊖ *absinthii* ad ℥j cum *theriaca* ℥ß vel ℥vj subigi, & ita admoveri possunt.

Quinimò interdum sola Theriaca præcipitur inungenda, sed quoniam propter pulveres difficulter fit, propterea cum oleis fit unguentum. Tale unguentum valde convenit in hypercatharsi, in cho-

cholera, & diarrhœa, in quibus illitum regioni stomachi vel scrobiculo cordis, valdopere est conveniens.

Emplastra tandem sequuntur, quæ tamen magistraliter præscribuntur componenda; quoniam multum temporis requiritur ad eorum præparationem, nisi in rarioribus casibus, quin ex officinali quadam massa vel sola, vel additis aliis ingredientibus, præscribuntur; ubi notetur:

1. *malaxatio*
2. *usurpatio*
3. *legitima forma.*

Quoad I. malaxantur, ut eò meliùs tractari possint; hinc propter spissitudinem subigi debent cum subjecto oleoso appropriato.

Quoad II. Emplastra talia non corio humano illinuntur, sed linteo crasso, Parchent / vel corio inducuntur, & ita cuti immediatè applicantur, si firmiter cohærere, & odor medicatus meliùs penetrare debet: sin minùs debent adhærere, ut in delicatioribus, quibus glutinositas cuti molesta est, imprimis, ubi adsunt pili in neutris, & quibus pruritus, pustulæ excoriatio, phlogoses &c. per emplastra, præsertim, quæ gummata copiosiùs recipiunt, excitantur, syndone rubro obduci possunt. Mihi verò media placet via, ut saltem circa marginem ad latitudinem digiti transversi syndo assuatur, ut ita intentioni Medici therapeuticæ, & cosmetices ægri studio satisfiat, utut suprà allegata incommoda minus hoc modo evitari queant, minus tamen defluere hoc modo molliora emplastra à partibus & faciliùs separari, quæ tenaciùs adhærent, solent: Calidis postmodum linteis vel lateribus operatio promoveatur.

Quoad III. Forma vel determinatur ex partis affectæ ratione, ut v.g. in forma scuti, vel alia applicentur, vel archetypus in charta simul transmittitur, ad cujus imitationem emplastrum alutæ inducendum; & tunc pro repetendo usu in sua massa præscribitur, sequenti modo:

Inducatur super alutam in forma transmissa, & obducatur syndone rubro:

h.e. recipio chartam, quam incido in figuram & magnitudinem talem, qualem volo, ut ad magnitudinem talem fiat *Emplastrum:* v.g. sit præscribendum

Emplastrum contra cephalalgias inveteratas applicandum capiti:

℞. *Cerat. de beton.*
pro bregm. usit. à q. s.
Malax. c. s.q. *Balsami Peruviani & oleo succini:* induc super *alutam*, & obduc *syndone rubro* in forma orbis medii, S.

Haupt-Pflaster.

Emplastrum contra dolorem cruris venereum:

℞. *Emplastr. Andr. Zvvelferi* ℥j vel ℥iß.
sacchar. ♄*ni* ʒiij vel ʒß.
malax. cum *oleo colocynthidis* inducatur super *alutam* in forma oblonga, S.

Schmertz-stillend Pflaster.

vel

℞. *Emplastr. de ranis cum* ☿*io* ℥j.
polychresti Ludovici ʒiij.
malaxetur cum s.q. ♁*ei destillati ligni Guajaci*, S.

Zertheilend Pflaster.

Vel inducatur supra linteum crassum in forma quadrata, vel quadrata oblonga, S.

Schmertz-stillend Pflaster.

Emplastrum pro splene dolente tumido:

℞. *Emplastr. de ranis cum duplo* ☿*ii*
splenet. usitat. à q. s.
malaxetur c. s.q. ♁*ei destillati succini*, aut *Galbani Paracelsi:* inducatur super aluta in forma pro splene usitata S.

Miltz-Pflaster.

Emplastrum contra dolorem & tumorem arthriticum:

℞. *Emplastr. diaphoret. Mynsichtii* ℥iß liquefactum malax. c. s.q. ♁*i Philosophorum*, aut potiùs cum ♁ *destillato* ☾*i fœtido*, *theriacæ* ℥j.
M. D. S.

Pflaster.

Emplastrum ♄*inum* polychrestum *in affectibus externis* ab acido oriundis:

℞. *Cerus.*
lithargyr.
✠*ti vini*
ol. commun. oliv. q.v.

Mista invicem stent aliquandiu in digestione crebriùs agitando, hinc calore blanda sub continua agitatione inspiss. ad consistentiam emplastri, & dum liquidum adhuc erit, à crassamento superfluo in fundo removeatur:

Massa in vesica suilla oleo illita, asservanda, S.

Kühlend und zertheilend Pflaster.

Aliud:

℞. *Minii* vel ♄*ni calc.* q.v.

Ebull. in s.q. ☿*i*, quod calidum ita misceatur cum ♁ *amygdalarum dulcium*, vel *sem. raparum* vel *lini rec.* continuò agitando, & nutritu bene miscendo, fiat *unguentum*;
cui adde circa finem
Camph. cum ol. simili subact. q.s.
Cum *cera* verò unà liquefacta f. *Emplastrum.*

Emplastrum stomachale contra cardialgiam:

℞. *Emplastr. stomachal. de Lad. Cratonis Tacamah. pulveris.* à q.s.

Liquefacta in mortario calido cum pistillo calido malax. c. s.q. *Balsam. Peruv.* & *oleo nucistæ expresso*, vel *stomachali Cratonis*, induc super alutam in forma scuti stomachalis, irroretur *oleo destillato menthæ*, S.

Magen-Pflaster.

Aliud *contra cardialgiam Emplastrum Magistrale*, & ob id simplicius.

℞. *Tacamah* vel *caranna* ℥jß.
balsam. Peruv. ℥ß.
Malaxata probè inducantur supra *alutam* in forma scuti stomachalis, obduc *syndone rubro* S.

Zertheilend Pflaster.

His adduntur interdum pulveres appropriati, ut *caryophylli*, *galanga*, *semen anisi*, &c.

Morello placuit singulare de scuto præscribere caput, utut hæc non sit peculiaris quædam formula medicamenti, sed tantùm cataplasma vel emplastrum,

plastrum, vel sacculus applicatus stomacho, sicut de Frontali sine necessitate factum fuit: Dicitur *scutum* à figura, applicatur ulteriùs circa scrobiculum cordis, ubi ad abdomen descendit gula, & residet stomachi orificium superiùs. Usitatissima Formula est emplastri, & præscribitur: *F.l.a. emplastrum in forma scuti stomachalis*; quale scutum stomachale interdum solet fieri rotundum, interdum verò, quod usitatiùs est, solet fieri quasi triangulare:

Experta sunt talia emplastra in cardialgia, anorexia, & similibus stomachi affectibus, quando quasi furibundus modò per lienteriam, modò per passionem cœliacam, modò per vomitum & choleram, expellit contenta.

Hîc vel maximè notandum duco: quod talia remedia, imprimis applicanda stomacho, debeant esse esse suaveolentia & suaviter odora, propterea, quod stomachus admodum consoletur bene odoratis, adeò, ut hoc ipsum non sine cura inculcet *HELMONTIUS in suis scriptis*, qui refert: se aliquando contumacissimam & periculosissimam cardialgiam vidisse sedatam solummodò oleo quodam suaveolente, & hoc communis quoque testatur experientia, quod graveolentia non ratò soleant excitare nauseam; sicut è contrà nausea & vomitus per suaveolentia facilè compescitur: inter quæ suaveolentia vel primum locum obtinet cinamomum, cujus vel ▽ vel oleum destillatum interne sumptum multùm solet corrigere & emendare stomachum. Externè vero oleum nucistæ, seu oleum nucis moschatæ expressum, oleum macis destillatum, oleum caryophyllorum, oleum cinnamomi, balsamus Peruvianus & similia suaveolentia, nunquam omittenda in affectibus stomachi: Nam sanè interdum vel odore tenùs penetrare talia videntur & corrigere maximas exorbitantias in stomacho non ratò obvias.

Emplastrum ad dolorem dentium temporibus applicandum:

℞. *mastich.*
tacamah. à q.s.

Liquefacta induc supra *linteum sericeum* in forma rotunda imperialis, S.

Schmertz-stillend Pflaster.

Emplastrum Spleneticum:

℞. *Emplastr. de cicut. usitat.*
gumm. ammon. in aceto solut. à q.s.

malax. cum s.q. ℞ *capparum*, inducatur supra alutam in forma usitata emplastri spleneticl, S.

Miltz-Pflaster.

Aliud *prosplene dolente, tumido* &c.

℞. *Emplastr. de ran. cum* ♃*io* ℥j.
g. ✱*c. cum* ♱*to ad pultis consist. redact.* ℥ß.
opii in aceto solut. & inspiss. ʒß.

malaxetur c.s.q. ℞ *destillati bacc. juniper.* vel *Philos.* F. *Emplastrum*, &c.

Emplastrum spleneticum in scirrho lienis.

℞. *Emplastr. de Melitot.*
gummi ammon. in aceto quocunque solut. à ℥vj.

Liquefactis inspergatur
pulv. fulig. furni ℥ß.

Misc. & malax. c. ℞ *destillato:* induc supra *alutam*, F. *Emplastrum*, in forma usitata *pro splene*, S.

Zertheilend Miltz-Pflaster.

Emplastrum in affectibus capitis commendatum ab *HOECHSTEDTERO*, *Dec.* 9. *Cas.* 3. & 4. *pag.* 316. & 321.

℞. *Cerat. de beton.* ℥ß.
tacamah. pulv. ℥vj.

malax. cum ℞ *major.* & induc supra *alutam*.

Emplastrum ad passionem hystericam, vel potius

Emplastrum contra convulsiones & spasmedicas contracturas partium nervosarum abdominis ex modernorum hypothesi:

℞. *Emplastr. Matric. de Galb. usit.* ℥j.
Galb. in aceto solut. ℥ß.

malax. c. s.q. *olei castorei*, vel cum *oleo cheirino*, vel cum *oleo succini* & *Balsamo Peruviano*: inducatur supra *alutam* in forma orbis medii vel paulò ampliùs absque syndone: irroretur cum *oleo destillato succini*, S.

Mutter-Pflaster.

Applicetur umbilico.

Aliud *Magistrale.*

℞. *Galb. in vino vel aceto ad pultis consistent. liquefact.* ℥iß.
Extract. castor.
croci à ℥ij.
olei destillati spicæ
succini à ℥j.

M. in consistentiam *emplastri*: induc supra alutam, &c.

Sæpiùs adduntur gummata, quoniam sunt egregia in emplastris, dum incidunt & attenuant tumores.

Non ratò sola recipiuntur gummata, ut liquescant in mortario calido, & inducantur supra alutam, & fiant emplastrum; v.g. sit faciendum

Emplastrum emollitivum contra scirrhos.

℞. *Gumm.* ✱*ci*
bdellii ℥j.
resin. carann. ℥vj.

subigantur in mortario calido, supra *alutam* inducatur in forma transmissa; vel inducatur suprà *alutam* in forma quadrata. S.

Erweichend Pflaster.

Interdum istis gummatibus adduntur nonnulli pulveres, & ita fiunt emplastra extemporanea. Ex emplum sit

Ceratum à me expertum *in Enterocele, & Epiplocelo*, seu in *Herniis*.

℞. *Gumm. carann.*
sem. nasturt. à q.v.

f. cum *terebinthina cocta ceratum* vel *emplastrum* in forma transmissa, S.

Heylend Pflaster.

Tandem, quod ratò tamen fit, extempore possunt præscribi *ex pulveribus appropriatis*, qui excipiuntur *pice navali*, additâ vel etiam omissâ *terebinthinâ*, quæ vocantur *Dropaces*, apud nos tamen non ampli-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1406-3 DFG

ampliùs usitati : Nihilominus ut pateat formula, sit

Dropax contra Atrophiam, ex modernorum præscripto.

℞. *Pulv. pyrethr.* ℥ iß.
sem. sinap. ℥ j.
euphorb. ℈ j.
castor. ℈ ß.
pic. naval. q. s.
f. l. a. *Dropax*, applicandus calidè brachiis vel etiam pedibus in earum atrophia.

Exemplum *Dropacis* porrò subministrat *Emplastrum* expertum *Poterii ex pice ad malum ischiadicum*

quod habet in *C. 2. cap. 13. & c. 86.* ad cujus imitationem

℞. *Pic. naval.* ℥ jv.
terebinth. comm. ℥ ß.

Liquefactis, & ubi opus fuerit, adhuc cum *oleo chamom. q. s.* subactis, adde successivè inspergendo, & bene agitando:

pulv. succin.
mastich. à ℥ iß ad ℥ ij, vel
flor. ♃*is*, vel ♃*is comm. subtiliter triti* ℥ ß.

M. F. *Emplastrum.*

Inducatur super *alutam* aut *linteum crassum*, formâ quadratâ oblongâ, vel in forma transmissa absque syndone, S.

Zertheilend Pflaster.

Egregium est in ischiade, ut & in doloribus circa os sacrum ac ischium ex nimia onerum gestatione, aut simili causa externa, internum partium nexum, plùs minùs lædente, natis.

Prostant etiam in officinis *emplastra vesicatoria*, quæ præscribuntur hoc modo:

℞. *emplastr. vesicator. usit.* ℥ j vel ℥ ij.

& præcipitur, ut æger de hoc super *alutam* inducat magnitudine thaleri, & ita applicet, aut manibus aut pedibus, &c.

Quod si tale emplastrum non prostet in officinis, tunc recipitur aliud emplastrum, in specie *emplastrum ex mucilaginibus*; huic additur *pulvis cantharidum*, pro singula uncia emplastri ℥ j cantharidum: malaxentur invicem cum *terebinthina*, & applicentur sub forma thaleri. Ubi fortiùs agendum vesicatoriis, augenda est dosis cantharidum; ubi mitiùs, imminuenda.

℞. *empl. de mucil.* ℥ jß.
cantharid. pulv. ℥ j l. ℥ ij.
(prout fortiùs vel mitiùs agendum est in corpore vel magis crasso, vel delicatulo)
terebinth. q. s. M.

Misce: inducatur suprà alutam. S.

Blasen-ziehend Pflaster.

de quo q. s. decidendum est, & applicandum parti.

Equidem hæc ita pauca satis esse videntur, quoniam verò vix ulla in compositione plures errores committi videntur, quàm harum inunctionum, pauca quædam addere allubescit.

Usus omnium horum *Linimentorum*, *Unguentorum* & *Emplastrorum*, ceu Topici saltem remedii, adeoque particulari partis cujusdam privatæ usui destinati, in genere triplex esse videtur.

1. Robur partis vitale in spiritu insito fundatum, vi quasi balsamicâ firmare & roborare; ab illo enim efficienter, ut nutritionis medio, partis conservatio, ita & restitutio; unde vulnerum, ulcerum, fracturarum, plurium tumorum, &c. curationes. Nil verò magis huic inimicum est, quàm transspiratio prohibita, undecunque oriunda; hac enim ipsius tertiæ digestionis sordes principaliter evacuantur, quibus retentis, acrimonia partis turbatur, spirituum motus sufflaminatur, tandem ipsis quasi suffocatis gangræna inducitur.

2. Robur partis animale in evtonia fibrarum mediante spiritu influo conservare, quinimò relaxatam illam roborare, & appropriatis humiditatem lymphatico-serosam discutere & absumere, nunc contractam blandè lenire, & quasi rigidiores fibras emollire, & denique vitiatam in dolore, cui semper aliquid spasmodici plus minus solet esse junctum, demulcere, & spirituum sedato undecunque nato orgasmo in naturalem tonum restituere; unde emollientia & anodyna sæpiùs solent esse reciproca. Hinc etiam *HELMONTIUS* in affectibus internis, v. g. dysenteria, in colica, cardialgia, spasmis nephriticis, & similibus, unguenta, &c. applicare, & foras lapide calefacto, vel sacculo avenâ calidâ pleno fovere jubet; quoniam tali potenti lapidis vel arenæ calore, super unguento positæ, eadem minuantur, ut dicit, & ita impulsiones symptomaticæ sistuntur. Rarum est, quod irritetur tonus fibrarum acrioribus, unde ex illarum strictura & pororum contractura, modificato contentorum motu, effectus attractionis, rubificationis, vesicationis, &c. ferè insequi solent.

3. Heterogeneum istum, aut præternaturalium topicorum affectuum occasionalem causam, corrigere & alterare, seu temperare & coquere, hinc & plus minus removere per illa, quæ humectare, resolvere, & attenuare, maturare, suppurare, &c. dicuntur; in quo puncto acidum quæ corrigunt, & hinc viscidum resolvunt, ac attenuant, tantùm non primatum obtinent.

Quibus præsuppositis, duo in legitima inunctionum, si non omnium, saltem usitatiorum, compositione & præscriptione observanda moneo:

1. Ut ex volatili, seu facilè resolubili, constent materia.
2. Nihil iis admisceatur, quod nequeat per totum homogenealiter resolvi: id quod *HELMONTIUS* imprimis inculcat *Pharmac. & Dispens. Modern.* §. 57.

Prius quod attinet: agunt in nos inunctiones vel mediatè vel immediatè: ibi odorum instar penetrantium, hîc contactu suo corporali, ibi in affectibus externis vel internis, sed profundiùs radicatis; hic in externis. Hinc enim passim pro ventriculi &c. malis olea destillata recipere consuetum est,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1407-9 DFG

cum externa in inflammatione Saturninum quoddam emplastrum, aut pulvis ex creta, ℞no, &c. ut in erysipelate, inspersus magis in usu sint. De prioribus ergò ut imprimis intelligendum axioma, tamen & in posteriore, quantum possibile, observandum. Siquidem cujuscunque intentionis gratiâ applicantur inunctiones, semper pororum occlusio præcavenda, quâ superveniente, necessariò œconomia vitalis partis privata turbatur. Ergò vitanda sunt nimis unctuosa, viscosa, glutinosa, tenacia, quæ poros illinunt, & pertinaciter infarciunt. Unde præter modò insinuata incommoda partim ipsa agere interiùs, aut operari quicquam nequeant, partim juncta aliis impediunt: Econtrà quæ subtiliora sunt, penetrantia magis, & ita poros magis aperientia, præter hoc, quod nullum nocumentum parti inferant, saltem in faciendo suo officio, & speciatim alteranda causa occasionali, erunt optima. *BURRHO* sanè hæc debetur laus secundùm *BORRICHIUM ad BARTHOLINUM Cent. 3. Epist. 89. pag. 387.* omnia ipsius emplastra ex volatili materia constare, adeò, ut unguentum prædiè illitum, postridie vix appareat unquam, damnatque Medicos, quod crassa illa corpora in emplastri formas compingant, quæ pororum angustias in agris nequeant subire. Ac sanè notabile est hoc ipsum in affectibus talibus, in quibus minùs locum habere hic modus externorum remediorum videri queat, nempe in hernia intestinali; tamen proficuum observatum fuisse *RIVERIO Observat. Communicat. prope finem, observ. 14. pag. 371.*

Modi unguentorum ex resolubilibus adeò, ac tantùm non volatilibus componendorum, forsan varii inveniri possent, modò consideremus glutinosum ac viscosum, ac quod tenax simul hinc existere solet, materialiter ex acido & pingui, illo agente, hoc patiente, sub determinata formali textura coalescere; unde modò corrigatur acidum citra fixationem, oleosum seu pingue eò ipso simul resolubilius, diffusibilius, & cujusvis acris potentius temperativum, effectivè refrigerans evadit. Ob hanc causam pluribus in unguentis & emplastris butyrum recens non salitum, oleo expresso, præsertim olivarum communi, longè præferendum puto; præ hoc enim illud est tenerius, minus acido occulto concentratum, adeoque minùs viscidum, promptiùs penetrat, citiùs discutitur, magis est temperativum, præsertim ⊖si, & potentiùs alterativum. Scopus ergo iste, unguina talia resolubilia præparandi, variis forsan modis obtineri posset. Suggessit jam quendam *DECKERS Comment. in Barbette Praxin l. 2. cap. 2. pag. 59.* Alius ulteriori scrutinio dignus fit cum *terebinthina pura*, cum ⊖*ibus volatilibus urinosis* in s. q. ▽*æ destillatæ* soluta; aut cum ∽*u* ⊖*is* ✱*ci* in mortario trituræ ope bene miscendo: coëunt mutuò in crassamentum album moderatè spissum, ita, ut emplastri modo induci possit, quod cuti admodum promptè vim suam citra insignioremremanentiam exercebit, & additione olei destillati non adeò acrium ulterius determinari poterit. Tentaminis ergò in pleuritide notha cuidam graviter affecto præscripsi:

℞. ⊖ *volat.* ⊡ *æ* ℥iij.
solv. in s. q. ▽æ destillatæ,
adde
terebinth. ℥j.

Misceantur in mortario lapideo successivè, celeriùs tamen paulò solutionem affundendo, & concitatiore tritu subigendo: adde pro mellore saltem sub tentaminis primi auspiciis successu.

Emplastri de meliloto, q. s. pro consistentia Emplastri.

Idque applicabatur cum successu non contemnendo.

Facere huc quoque videtur ▽ calcis vivæ cum oleo rosato, quæ ambo ritè mista coëunt in consistentiam butyri, ad ambusta præsertim, vulnera, &c. egregii, cujus applicati vestigia pariter nulla sunt conspicua: huic pro aliis usibus etiam sacchari ℞ni aliquantulum addi, & inspergendo sub tritu in mortario uniri potest, v. g.

℞. ▽ *calc. viv.* ℥j.
℞ *rosat.* ℥jß.
sacch. ℞*n.* ℥j.

Misc. ℞no, licet obscuris suis vestigiis se prodente.

Sed aliis alios hæc persequendi modos relinquam.

Alterum quod attinet axioma: sanè in genere, quæ vel misceri nequeunt, ut aquosa & oleosa, vel quæ mista se invicem obtundunt, ut pulveres varii, cerâ ac oleo inviscati, frustrà omninò compinguntur, cùm vires debitas exserere nequeant. Officinalia ergo unguina, aut passim à Practicis usitata, quantâ egent correctione? Unde & non rarò simplicia quædam, & à rusticis plebeisvé levi artificio conflata unguenta subinde artificiosissimè compositis & selectis officinalibus præstant. Sanè olea ex vegetabilium decoctione & infusione parum valent, cùm de gummosa horum substantia nil, de aromatica resinosa in illa quasi concentrata parum, capiant. Pulveres vegetabilium ac mineralium oleosis, pinguibus & glutinosis inviscati, parum vel nihil omninò præstant, adeò, ut plures tales compositiones de nihilo dicendæ forent: cum è contrà sub libertate lua inspersi inflammationi erysipelaceæ, cuti exulceratæ, quæ emplastra ferre nequit, ulceribus manantibus & similibus affectibus externis, suum quod est, faciunt, ut v. g. de lap. calaminari, lacte lunæ, creta, cornu cervi usto, nuce moschata, aloë, &c. notum est quæ incarcerata squalent sine usu; simili modo ferè, ac farinæ vegetabilium, fotuum aut cataplasmatum sub forma subindè proficuæ existunt, quæ oleo cerâque susceptæ inermes redduntur. Unde & omnes munctiones, quæ adstringendi, firmandi, exsiccandi, &c. scopo in herniis, imminente abortu, prolapsu uteri, ulceribus, &c. applicantur, ceu condictoria rejicienda: pulveres styptici inviscati sunt frustranei, aut saltem ad extimam cutis superficiem sphæra activitatis eorum terminatur: pinguibus intereà calore actuatis fibrarum, etiam profundiùs sitarum resolutione ac emollitione contrarium intentioni Medici operantibus. Observarunt hoc jam plures, & quæ mutuâ solutionis actione in se agere plùs minùs, & se invicem unire, & ita citra impedimentum operari mutuò possunt, inunctionum in formam univerunt. Singulare quid ℞ hic obtinet, qui & quarta Chirurgiæ hodiernæ videtur columna, ex eo, quod ulcera

ulcera & vulnera, quæque subsunt manui Chirurgi, peccent utplurimùm subtili acido, qui in se solus, vel aceto subactus, promptè cum acido olei cujusvis, intercedente præsertim coctione, coit, ac ita emplastra polychresta constituit; dum ipsum in se arrosum quidem, sed nondum saturatum acido suo compari, acidi præternaturalium tumorum, vulnerum & ulcerum, patratoris pessimi, potentioris spicula recipit & secum retinet; dum pingues & oleosæ particulæ, à concentrante in viscidum acido liberatæ nonnihil magis alcalinæ fiunt & resolubiles, magisque penetrativæ & temperativæ. Ex quo fundamento tanta hinorum emplastrorum, & compositio & varietas plus minus concinna enata fuit: quæ tamen vel obiter saltem, cùm præparationem ferè magis officinalem, quàm præscriptionem magistralem sapiant, ceu à scopo nostro aliena, insinuasse sufficiat.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1409-3 DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p1410-4
DFG